VACATIONVM
EPIDIMIALIVM
Pars Prima.

VACATIONVM EPIDIMIALIVM

Bibl. Secr. Pars Prima. Coll. Rom.

SIVE PRO PAVPERTATE REGVLARI


Maximarum Centuria.

ET PRO DECRETO SACRÆ CONGREGATIONIS
Contra Regulares alloquentes Moniales

Soc. COLLECTANEA. Jesu

AVCTORE GEORGIO POLACCO
Veneto Presbytero.

Illustrissimo, ac Reuerendissimo D.D.
O. BAPTISTÆ AGVCCHIO
Archiepisc. Amasiensi, & apud Serenisf. Rempubl. Venetam Nuntio Apost. D.



ENETIIS, *De Licentia Superiorum*, M. DC. XXXI.

Apud Franciscum Baba.

ILLVSTRISSIME, ET REVERENDISS. D.

Domine summè Colende.



NE magnitudine beneficiorum tuorum penitus obruerer, putabam ex hoc tuo ab Vrbe secessu obingruentem huiusce pestiferæ luis illuuiem, ferias quasi inluci. Sed ecce maiora quam antea, dum ante lios me in Proauditorem tuum in Sacro Inuisitionis Collegio instituis; veluti maius ıminare illud, quo longius recesserit, feruenus callet, fortiusq; vibrat radios. Poposci supplex, ne me otio hoc quasi monastico extrahe:s; hincq. nouus honos, ex quo vires assumpsi, pusculumq. intexui, tibi prorsus impensum. Iam ita magnum illud iubar sterili in solo vi:era penetrans, metalla, pretiosaq. pericula gi:nit; sic tu ex concessione hac animum mihi edisti pro his lucubrationibus, quæ in se ipsis cèt ferreæ, aut plumbeæ sint, manibus tuis ge-

ſtatæ

statæ argenti, ac auri pretia æquabunt. Sicque rudera, & saxa ipsa annulis Magnatorum præinserta æstimationem gemmarum acquirunt; cùm in annulis aliorum pretiositatem suam amittant probati alioqui lapilli, ac veri. Tuum igitur, Illustriss. & Reuerendiss. Præsul, suscipe opus, & me tui deuinctissimum, quem etiam absentem fouisti, ne deseras, sed benignè susceptum, vt hactenus, tueri, ac fouere numquam desistas. Vale.

Venetijs ipsis Ferijs Virginis Annuntiatæ fausti Vrbis Horoscopi M. DC. xxxi.

Illustrissimæ, & Reuerendiss. D. T.


Deditissimus

Georgius Polaccus.



Eminos hos Tractatus doctissimi, & Reuerendiss. Georgij Polachi Presbyteri Veneti, quorum alter Maximarum Centuriam *continet* de Regulari Paupertate, *alter* Collectanea circa Decretum Sacræ Congregationis contra Regulares alloquentes Moniales. *Ego Aloysius Nouarinus Clericus Regularis ex commissione Reuerendiss. Patris Inquisitoris Fr. Hieronymi Quintiani perlegi; nihilq. in ijs, quod pias fidelium aures offenderet, offendi, quin omnia tuta, ac salutaria, Sanctorum Patrum, & aliorum Doctorum dictis consona, cuncta auctoris sui pietatem, eruditionem, animarumq. zelum redolentia; Hinc dignissimos censui, qui in omnium vtilitatem publici iuris fierent, vt in multorum manus opera peruenirent: multum lectoribus profutura.*

Ita censui ego Aloysius Nouarinus v. Id. Febr. M. DC. XXXI.



IESVS, MARIA, HIERONYMVS.

PRO PAVPERTATE REGVLARI MAXIMARVM CENTVRIA.

I. *IL votare à Dio volontaria pouertà è cosa buona, e santa; perche tutto quello si vota bene, e santamente à Dio, che per sua propria bocca sappiamo essere buono, e santo, & à lui grato; tal' è la pouertà volontaria, essendo dal Signore detti Beati simili poueri, & promettendosi à gl'istessi in premio il Regno de' Cieli.*

Bellarminus de Monachis cap. 20. ex S. Matth. cap. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum Cælorum. Dominus addit *spiritu*, id est, voluntate, & electione, quia pauperes actu, non affectu, non beati, sed miseri sunt, nec qualicunque voluntate, sed spirituali, vt notat *Sanctus Bernardus serm. 1. de festo omnium Sanctorum.* Fuerunt enim etiam Philosophi quidam voluntate pauperes, sed non spiritu pauperes, quia non propter Deum, sed propter curiositatem amarunt paupertatem.

Habemus etiam testimonium huius Maximę *Matth. 19.* Vbi Dominus ait, *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in Cælo*, & ibid. *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Vbi S. Bernardus*, Hæc, inquit, sunt verba, quæ contemptum mundi in vniuerso mundo, & voluntariam persuasere paupertatem, hæc sunt, quæ Monachis claustra replent, deserta Anachoretis.

II. *Fecero questo atto Eroico di votar volontaria pouertà à Dio quei primi Cristiani in Gerusalemme, come si raccoglie da gli Atti Appostolici. Gli altri*

A Cri-

Cristiani poi delle Prouincie de' Gentili, a' quai predicaua San Paulo, non fecero questo voto di pouertà.

Bellarminus ibidem. Quod igitur Ananias, & Saphira vouerint vitam illam communem, colligitur ex illis verbis; *Fraudauit de pretio agri conscia vxore sua.* Non enim fraudasse diceretur, nisi rem iam obligatam promissione subripuisset. Quod autem rem non præceptam vouerint, patet ex illis verbis; *Nonne manens tibi manebat, & venundari in tua erat potestate?* Quod denique votum illud Deo factum esset, & proinde eius violatio sacrilegium fuerit, testantur verba illa; *Anania, Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri?* Quid enim est mentiri Spiritui Sancto, nisi fallere fidem datam Spiritui Sancto?

III. Due forme di comunità furono nella primitiua Chiesa; vna fù tra gli Ebrei conuertiti alla fede in Gerusalemme, che osseruorno la totale, & essata; l'altra trà Gentili fatti Cristiani in Antiochia, in Corinto, in Galazia, in Acaia, in Macedonia, in Roma, & in altri luoghi, che professorno la partiale, e non così esata.

Beltramius de voto paupertatis cap. 3. Primi Cristiani in primitiua Ecclesia, & Apostoli Domini vno tempore in diuersis locis, alio, & alio modo viuebant. Nam illi, qui erant in Hierusalem, videbantur seruare communitatem totalem, & viuere in communi, vt faciunt quidam Religiosi, ponentes pretia agrorum ad pedes discipulorum, pro vt habetur *Act.* 4. Illi autem discipuli, & Christiani, qui erant in Antiochia, in qua Petrus Vicarius Christi primam Cathedram, hoc est, Sedem Apostolicam tenuit per septem annos, donec iussu Dei eam transtulit Romam, vt dicit *B. Marcellus martyr;* Qui etiam primi appellati sunt Christiani, non viuebant in communi totaliter; sed more Conuentualium possidebāt, & tenebant possessiones, & pecunias, sicut patet; quia compatientes paupertati eorum, qui erant in Hierusalem, fecerunt inter se collectas, dantes quilibet iuxta suam facultatem, & miserunt illas pecunias Hierusalem per manus Barnabæ, & Sauli, vt habetur *Act.* 11.

Stapletonius in Antidotis in Act. Apost. cap. 4. ex S. Augustino dicit, quod differentia hæc viuendi in communi hinc oriebatur, quod Iudæi, quia proximi spiritualibus fuerunt, quia in signis carnalibus, quorum spiritualem intelligentiam nesciebant, vnum tamen didicerunt, venerari æternum Deum, tam capaces extiterunt Spiritus Sancti, vt omnia sua venderent, eorumque pretium indigentibus distribuendum ante Apostolorum pedes ponerent, seque totos dedicarent Deo. Non enim hoc vllas Ecclesias Gentium fecisse scriptum est, quia non tam prope inuenti erant, qui simulacra manufacta Deos habebant.

B. Apostolus Paulus ordinauit, atque præcepit Discipulis Christi, qui erāt Corinthi, atque Galatiæ, vt in prima die Sabbathi omnes inter se de suis

suis bonis, quæ habebant, secundum suam possibilitatem, vel beneplacitum aliquas facerent collectas, seruantes, & custodientes eas vsque ad aduentum suum pro eorum subuentione, qui erant in Hierusalem in summa necessitate, & paupertate, sicut ipse Apostolus scribit in 1. *ad Cor. cap.* 16. sic dicens; *De collectis autem, quæ fiunt in sanctis, sicut ordinaui in Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite per vnam Sabbathi vnusquisque vestrum apud se reponat, recondens, quod bene placuerit, vt ne, cum venero, tunc collectæ fiant.* Hæc eo in loco, similiter & Discipuli, qui erant in Achaia, & Macedonia, hoc idem fecerunt, vt habetur 15. *ad Rom. &* 2. *Cor. cap.* 9.

Ideo Ioan. XXII. An. Dom. M. CCC. XXIIII. declarauit illos esse hæreticos, qui assererent Christum, eiusque Discipulos nihil habuisse in proprio, & in communi, & in his, quæ habuerunt, nullum ius eis fuisse, &c. vt habetur in quadam Extrauaganti, quæ sic incipit, *Cum inter nonnullos, &c.* est in *Clementina*, & vide 4. *p. Ant. tit.* 12. *cap.* 4. §. 2. Quod autem ij discipuli, qui erant in Hierusalem, possessiones tenere noluerunt, hoc ideo non erat, vt eis non liceret eas tenere; sed quia præuidebant Ecclesiam futuram esse in Gentibus, prædia, & possessiones in Iudæa habere noluerunt, vt dicitur expressè in *Sanctis Decretis* 12. *q.* 1. *cap. Futuram*; & sunt verba *Melchiadis Papæ, & Martyris*, Futuram Ecclesiam Apostoli Gentibus præuidebant; Iccirco prædia in Iudæa minimè sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fouendum egentes, &c. Vel etiam, quia videbant Iudæos persecutores, qui illas si tenuissent, sibi rapuissent; ideo sanctius iudicauerunt pretia eorum in necessarios vsus conuertere.

Sic ergo Apostoli, inquit *Beltramius*, habebant, tenebant, & possidebant bona ista mobilia, ac temporalia; & ista tenere, ac possidere non est contra regulam Apostolicam; nec ex consequenti erit contra regulam B. P. Augustini, nec contra votum paupertatis, quando ex permissione, vel dispensatione, seu licentia superioris Prælati, apud quem stat dominium, & proprietas, ista bona tenentur.

IV. Duoi sono stati, e sono ancora al presente i modi di viuere in pouertà volontaria; vno, in cui le persone non hanno cosa alcuna in particolare, se non quel tanto, che gli viene assegnato per modo di ordinaria prouisione, ma in commune. L'altro in cui non hanno ne in particolare, ne in commune, se non quel solo, che per via di limosina gli vien dato.

Beltramius ibidem. Circa hos duos modos in paupertate viuendi, duplex etiam dicitur esse communitas in Religiosis. vna dicitur totalis, & in toto. Altera vero non sic totalis, sed in parte. Communitas totalis, & in toto seruatur in Monasterijs quibusdam diuitibus Monachorum, & in alijs quibusdam pauperibus, qui sic viuere volunt in summa mendicitate, & paupertate. Sunt enim aliqui Religiosi, qui nullum stabile,

vel immobile volunt habere, sed in summa mendicitate, ac paupertate viuere volunt. Communitas non sic totalis, sed in parte seruatur in Monasterijs Conuentualibus, in quibus propter paupertatem non potest sic prouideri sicut in diuitibus; quia vix potest superior prouidere de tenui victu, qui seruatur in vno cellario; sed in alijs necessarijs, vt vestitu, libris, &c. dimittit onus cuilibet, vt sibi iustis modis prouideat; & ideo, qui ista sibi procurat, ac tenet, & hoc facit ex intentione sui superioris, non peccat. Sed dispositio subditorum talis esse debet, vt parati sint secundum hunc, vel illum modum viuere, pro vt suis maioribus Prælatis placuerit, sicut non habentes velle, nec nolle.

V. *La persona Religiosa, non per legge naturale, e diuina, ma solo per legge positiua della Chiesa è inabile al dominio delle cose. Si proua questa Massima di quà ancora, che i Religiosi nell'età de gli Imperatori Valentiniano, Marciano, e Teodosio haueuano facoltà di testare, e di succedere ab intestato, e pure erano veri Religiosi.*

Vasquez in 1. 2. Disput. 164. cap. 6. num. 51. & seq. Porro autem Religiosos tunc testari potuisse constat *ex lege Generali. cap. de Sacrosanctis Ecclesiis*, & quamuis ibi Imperatores Valentinianus, & Martianus solis Monialibus, & Religiosis feminis ius testandi concedere videantur, nihilominus idem ius etiam concessum fuisse viris Religiosis nemo dubitare potest, cum eadem sit ratio vtrorumque (tametsi hoc ius testandi solum sit ad pia opera) id qui expressè notarunt *Salicetus, & Iacobus de Butrio in eam legem*.

Præterea Religiosis non tantum feminis, sed etiam viris assignatos fuisse iure Codicis successores ab intestato, patet *ex lege Si quis, C. de Episcopis, & Clericis*. Successores autem ab intestato assignari non possent viris, & feminis Religiosis, nisi etiam ipsi aliquarum facultatum dominium haberent. Ex hac etiam lege colligitur, Religiosos eo tempore habuisse facultatem testandi, vt dictum est, si quidem eis assignantur heredes solum ab intestato.

VI. *Non tocca à podestà, e volontà priuata, ma è proprio vfficio del Prencipe, ò Legislatore di render la persona inabile à gli atti legittimi. Doue facci quanto vuole vno, se bene v'interponesse anco il giuramento, per rendersi inabile alla celebrazion de' contratti, ouero à fare altri atti legittimi, il tutto tuttauia sarà di niun valore, se non vi concorre appresso la pubblica autorità.*

Vasquez ibidem num. 56. Et sic nullus potest fieri inhabilis ad rerum dominia ex natura ipsius voti, nisi ei aliquid accedat ex iure positiuo, siue illud sit quid pertinens ad solemnitatem ipsam, siue sit effectus ei annexus. Dictum est postea, nec ratione iuramenti esse inhabilem, nam licet peccaret contra iuramentum, faciens aliquid postea, tamen factum ipsum firmum, & stabile perseueraret.

VII. *Quei primi Cristiani furono veri Religiosi, & il lor voto fù solenne, poiche, se bene*

bene questo voto non li rendeua inabili al dominio delle cose, non però restaua d'esser solenne, non appartenendo ciò alla natura della solennità, ma essendo solo particolare effetto annesso all'istesso voto per legge positiua.

*Vasquez ibidem. nu.*55. qui etiam *cap.9.num.* 101. dicit, Solemne votum aliquo tempore in Ecclesia Dei durasse, etiamsi vouentem inhabilem non redderet ad dominia, sicut etiam ad matrimonium,& *cap.*8. ostendit, votum non dici solemne ex eo quod inhabilem reddat vouentem ad matrimonium, & dominia, sed ex eo quod emittitur publicè, sub certa forma, & traditione perpetua, ex vtraque parte in regula præscripta, cui prædicta inhabilitas annectitur, tamquam effectus consequens illius.

VIII. L'incapacità del dominio delle cose non è propriamente materia del voto della pouertà, non potendosi da se stesso priuar dell'abilità al dominio chi si sia, come s'è veduto. E così nella primitiua Chiesa, tuttauia che vi fosse il voto della pouertà in somma perfettione, non si troua però questa incapacità del dominio, non trouandosi d'essa vestigio alcuno in tutta quell'antichità.

Suarez tom.3.de Relig.lib.8.cap.7. num. 23. Christus Dominus perfectissimum statum religionis habuit, & perfectam paupertatem, quoad abdicationem harum rerum temporalium, saltem pro aliquibus temporibus habuit, vt declarat *Nicolaus IV. in cap. Ecce id. de verb. signif. in 6.* Nemo autem hactenus dixit, nec cum probabilitate cogitari potest illum fuisse incapacem dominij; quis enim illum incapacem redderet? vel cur ipse voluntarie hunc defectum assumeret, qui neque ad exemplum, neque ad aliquam operum perfectionem illi necessarius erat, cum facile posset non acceptare dominium, quando non expediebat, etiamsi illius capax esset.

Præterea, vt ait ipse *Suarez num. seq.* Idem videtur de Apostolis sentiendum; nam licet reliquerint omnia, & voto se obligauerint ad paupertatem, non tamen est verisimile eos factos esse incapaces dominij, immo non desunt Catholici, qui existiment, Apostolos, etiam post vocationem ad Apostolatum habuisse proprium aliquorum rerum stabilium dominium propterea; quod Petrus *Matthæi* 8. & *Luc.* 4. legatur habuisse dominium postquam relictis omnibus sequutus fuerat Christum. Et hoc asserere non esse errorem, aut inconueniens aliquod, asserit idem *Suarez*, seclusa tamen praua intentione hæreticorum. Quare concludit, magis esse probabile,& magis tutum, eo quod sit magis alienum ab erroribus hæreticorum, dicere cũ Maldonato, domum illã vocari Simonis, non quia esset dominus eius, sed quia vel antea fuerat, vel quia in ea solitus erat habitare.

De bonis autem mobilibus multi verisimiliter credunt non solum potuisse, sed etiam habuisse aliquando priuatum dominium, vt vestimentorum, quibus tegebantur, aut gladij, v.g. quod Petrus habebat, quando illi

illi Christus dixit, *Mitte gladium tuum in vaginam*, & quando per mundum dispersi Euangelizabant, & ad victum, & vestitum eleemosynas accipiebant, credibile est earum dominium comparasse, quia ea intentione dabantur, & illi simpliciter accipiebant: ergo apud eos manebat dominium, quia nec tunc erat ius conditum, cuius virtute transferetur dominium in alium, vel in aliquam communitatem.

Idem ferè discursus fieri potest de Monachis, qui in solitudine viuebant, siue omnino solitarij essent, siue in aliqua societate eiusdem Eremi, ita tamen, vt in singulis cellulis separatim habitarent, propria peculia habentes, de quibus disponere poterant, saltem in vsus pios, & ex licentia senioris. Nam illos fuisse capaces dominij, immo & illud habuisse, salua sufficienti paupertate, & perfectione probat idem *Suarez*. De alijs vero in Congregatione viuentibus probabilius apparet semper obseruatum fuisse, vt nihil proprium haberet, neque habere possent, sine facultate Prælatorum. Quod vero essent incapaces, nullo modo ostendi potest; immo aliqua exempla extant ex Augustino, Pachomio, quę suadent oppositum. Idem sumi potest ex Hieronymi epist. 26. ad Pamachium, vbi clare significat, se cum fratre Pauliniano habuisse dominium aliquarum possessionum, non obstante statu perfectionis, quem profitebantur.

IX. *Al tempo di Giustiniano Imperatore cominciorno le persone religiose à restare incapaci del dominio delle cose; Imperocchè questo Imperatore decretò, che per la professione religiosa tutto l'auere di quella restasse incorporato co'l Monasterio.*

Suarez ibid. n. 28. Cōstàt ex Authenticis Iustiniani *in collat.* 9. *tit.* 15. *de Sanctissimis Episcopis, cap.* 38. *Si qua mulier, & collat.* 1. *tit.* 5. *de Monachis, cap.* 6. quod incipit, *Illud quoque*, ex quibus sumptæ sunt, *Lex si qua mulier, & lex ingressi, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, & lex nunc autem, C. de Episc. & Clericis*, vbi decernit per professionem Monachi oēs res eius fieri Monasterij, etiamsi expresse non donentur, & non erit, inquit, amplius dominus illorum vllo modo. Quod si quis dubitet, quomodo potuerint leges ciuiles aliquid de re, quæ mere spiritualis, & ecclesiastica est, disponere, respondet *Suarez* Iustinianum ex consensu Pontificum illas condidisse, vel certe eas, quia in fauorem, & bonum Ecclesiæ cedebant, expresso, vel tacito consensu Pontificum admissas fuisse. An vero antea religio aliqua, vel ex speciali concessione Pontificum, aut Episcoporum illam seruauerit, ipse Suarez fatetur sibi non constare.

X. *Fù ordinata questa incapacità di dominio nelle religioni, perche essa, se bene non è semplicemente necessaria alla perfezione, bastando attualmente lasciar tutte le cose, con obbligazione di perseuerare in quello stato; ad ogni modo però può conferire à sradicare ogni occasione di proprietà.*

Suarez ibidem. Sicut Religiosus per professionem desinit esse sui iuris, &

sub

sub dominio Religionis constituitur; ita conueniens est, vt accessoriũ sequatur principale, ita vt iure ordinario totum quod Religiosus habet, vel potest habere, in Religionis dominium, aut ius transeat, si illa sit capax. *Idem Suarez nu. 32.* concludit, varios gradus paupertatis fuisse in vsu in Ecclesia pro varietate temporum, & statuum Religiosorum.

XI. Il posseder le cose necessarie con licenza del suo superiore, però quanto all'vso semplice del fatto, non è contra la Regola di Sant'Agostino, anzi secondo la Regola, che professano i Religiosi, e Religiose del suo Ordine, & Instituto. Il medesimo si hà à dire ancora de' Religiosi, e Religiose d'altri Ordini, & Instituti, pur che siano capaci del dominio de' beni stabili.

Beltramius loc. cit. cap. 4. Nam sciendum est, cum B. Augustinus in prima sua Regula, in qua declarauit, atque manifestauit viuendi modũ, præcepitque ibi fratribus suis in vnum habitantibus, nihil habere, vel tenere, vel dare, nec accipere debere, absque sui Prioris licentia. Hoc idem etiam voluit ordinare, declarare, ac præcipere in tertia Regula, quam iuxta præceptum eius, semel in hebdomada legi voluit, vt eam diligenter legenti patet. Sic inquit. *Hæc igitur sunt, quæ vt obseruetis præcipimus in Monasterio constituti, vt habeatis cor vnum, & animam vnam in Deo; & non dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia,* &c. Vbi aduertendum est, quod non dicit; *Non habeatis aliquid proprium,* sed dicit, *& non dicatis;* primum non negat, sed secundum. Iam enim concesserat in prima sua Regula, atque mandauerat, bona de licentia sui Prioris data, vel donata suscipere, ac tenere fratres suos posse, & ideo dicit, *Non dicatis,* & non dicit, *Non habeatis.*

Sensus, ac intellector huius præcepti, & horum verborum, iuxta Sanctorum interpretationem, ac piæ mentis Beati Patris Augustini, talis est; & illud est dignè notandum, vt dicit ipse *Beltramius,* & non dicatis aliquid proprium, id est, bona vobis quantum ad vsum tantum à Præposito vestro, siue à Priore concessa. Non dicatis fratres mei aliquid proprium, quod vobis conceditur, sed sint vobis omnia communia, id est, omnia bona vobis ad vsum tantum concessa, sint semper vobis communia, id est, non dicatis meum, vel tuum, sed vt communia dicatis, scilicet nostra, vt nostra tunica, nostra vestis, noster liber &c. vt communiter dicunt fratres nostri, inquit *Beltramius.* Ita hoc præceptum & verba ista interpretantur, atque exponunt *Dominus Hugo de Sancto Victore eo in loco;* ita *Isidorus, B. Antoninus, & alij super dictam Regulam S. Augustini.*

Quod autem ista sit vera mens, ac intentio B. P. Augustini, in eadem Regula infra sequitur, sic dicens; *Qui aliquid habebant in sæculo tamquã proprium eis, & suum, quando ingressi sunt Monasterium,* id est, professi sunt in Monasterio, *Libenter velint illud esse commune,* id est, *non amplius di-*

ctum

ctum, hoc est meum, & hoc est tuum, sed, hoc est nostrum. Hæc voluit præcipere B. Augustinus in dictis verbis, cum dicit, *Et non dicatis aliquid proprium*, vnde *Seneca* dicebat, vt refert *Sanctus Bonauentura super Regulam B. Francisci*. *Tutissime viueretur, si tollerentur duo verba, meum, & tuum*. Denique concludit ipse *Beltramius*, B. Augustinum non reprobare, nec damnare, neque prohibere fratres suos posse accipere, vel tenere, sed solum non posse occulte id facere, quod est sine licentia sui Superioris. Et ita Patres in Constitutionibus antiquis sensisse, & ad istam intelligentiam sic deuenisse testatur.

XII. *Nel principio della Religione di Sant'Agostino s'osseruaua in ogni Monastero la comunità totale, & essata, e ciò per la gran carità de' Cristiani, che con le loro sostanze soccorreuano a' bisogni de' Religiosi. Ma raffredandosi di poi questa carità, mancorono le limosine, e per conseguenza furono astretti i Superiori à concedere a' suoi Frati per loro vso tutto quello, che gli era donato, ouero, ch'essi acquistauano con la loro industria; con condizione però, che non potessero dar, ne vender, ne donar cosa alcuna fuori del Monastero senza la licenza de' Superiori.*

Beltramius ibidem cap. 5. qui pro hac maxima in medium affert multas cõstitutiones è Capitulis generalibus emanatas. Quæ Anno Domini 1290. in Capitulo Ratisbonæ vbi interfuit Dominus Ægidius de Roma, primus Magister in ordine, Doctor fundatissimus, & eruditissimus, ab ipso limitatæ fuerunt, & approbatæ; & postea Anno Domini 1312. præsentatæ fuerunt Domino Papæ Clementi V. per venerabilem Magistrum Alexandrum de Sancto Elpio, Priorem generalem, & ab ipso Summo Pontifice fuerunt laudatæ.

Idem Beltramius cap. 6. Cum his temporibus, inquit, sit impossibile apud omnes Religiosos vitam in communi totaliter seruari propter nimiam his diebus nostris in Monasterijs penuriam repertam; rationabili causa Monasteriorum Rectores moti, quædam mobilia suis subditis pro eorum vsibus, ac necessarijs concessere, ne ipsi postea pigrescerent, virtutesque dilaberentur, & Monasteria demum ipsa ob virtutum, & studiorum carentiam in ruinam deuenirent, vel perderentur. Hoc etiam considerauerunt summi Patres sacrosancti Concilij Tridentini, nam, cum de reformatione Regularium loquerentur, hoc senserunt, vt habetur *sess.* 25. *cap.* 21.

P. Raphael in tract. de prop. non hab. c. 4. citatus à *P. Hyacintho in suo tract. de Religiosa paupertate pag.* 47. sic ait, quod aliter potest, & longè aptius seruari totalis communitas in Monasterijs diuitibus, redditarijs, quã in pauperibus, & mendicantibus; nam in illis, cuiusmodi erant illa, quibus B. Augustinus regulam scripsit, esset nimis vitiosum, quod aliquis vellet sibi ipsi prouidere, & aliquid per se particulariter conseruare, cum Superior velit, & possit in omnibus, etiam in minutis necessita-

tibus prouidere; ideo inter illos habetur pro præcepto expresso, vel præsupposito, quod quidquid vni datur, in communi ponatur, & cui necesse fuerit præbeatur, vt dicit Regula; nimis enim esset iniustum, vt habens vnam vestem sufficientem sibi à Prælato collatam, sibi retineat aliam ab extraneo datam, quia sibi deberet sufficere vnam sufficientem prouisionem habere; In istis autem non sic, quia propter paupertatem, superior vix potest prouidere de tenui victu, qui seruatur in vno cellario, sed in alijs dimittitur onus cuilibet, vt sibi iustis modis prouideat, vt sunt libri, & vestes, & ideò qui ista sibi procurat, & tenet, inquit, hoc facit ex intentione superioris, ideò non peccat. Quapropter si etiã inter istos esset vnus superior, qui sibi vellet onus prouisionis assumere, & omnem particularem prouisionem, & retentionem subditorum interdicere, eodem modo peccarent secundi, sicut & primi, & essent censendi proprietarij. Et ideò dispositio subditorum talis esse debet, vt parati sint secundum hunc, vel illum modum viuere, prout suis Maioribus, & Rectoribus placuerit, sicut non habentes velle, aut nolle 12. q. 1. cap. non dicatis.

Cristo Signor nostro non ebbe quella sorte di proprio, che si oppone alla carità fraterna, ne meno quel proprio, ch'è contrario alla comunità; essendo il primo proprio de gli auari, & il secondo de' laici. Ebbe bene il proprio in comune, e il proprio in particolare, in quanto all'vso. E in questo modo ebbero anche gli Appostoli, e per conseguenza lo possono auere parimente le persone religiose.

Beltramius ibidem, ex B. Augustino de Ancona, viro sanctitate, & doctrina claro. Hinc ipse *Beltramius* infert, quod habere proprium contingat duobus modis, primo modo in communi, secundo in particulari. Et habere proprium in particulari, siue in proprio, bifariam etiam contingat, scilicet, quo ad dominium, & quo ad vsum. Cùm enim dicitur, Fratres possunt habere proprium, verum est in communi, iuxta suam Regulam, & priuilegia Summorum Pontificum; & cum dicitur, Fratres non possunt habere proprium, verum est in proprio, & in particulari, & quo ad dominium, sed quo ad vsum tantum, de licentia sui Superioris, iuxta suam Regulam, & priuilegia Summorum Pontificum, & ordinationes suorum Prælatorum, possunt vtique habere, & isto modo habent, & tenent.

Auere qualche cosa in particolare, con licenza de' Superiori, non è contra la pouertà; poichè chi promette pouertà, non intende di promettere la somma, e rigorosa, ma bene quella, che stà nel mezzo trà il poco, e il troppo, che nella Regola di Sant'Agostino si canta, Quam qui amant, & obseruant, viam tenent regiam.

Beltramius ibidem cap. 4. Ex Auctore in libro, qui dicitur Piarum Clypeus quæstione de votis Monast. Vbi etiam idem Auctor hortatur Prælatos, vt ipsi

tant, ne faciant statum Religionis magis periculosum, quàm statum sæcularem; sic enim non esset status perfectionis, sed damnationis. Quod contingit, quando Prælati volunt, aut cogunt strictissimè subditos suos obseruare promissa, quæ Prælati minimè seruant, cum fecerint eamdem professionem, &c.

XV. *La consuetudine antica, che non si può senza scandalo sradicare in vna volta sà, che il Superiore possi permetter molte cose particolari ad vso de' sudditi, senza punto violare il Concilio.*

Nauarrus de Regularibus tom. 3. nu. 34. Affert etiam responsum sapientissimi, prudentissimique Cardinalis Caietani ad Prouincialem Lusitaniæ consulentem super reformatione Dominicanorum illius Regni, scilicet cogi intrare mare per fluuium; significans paullatim, & suauiter si fieri posset, & non vno impetu, & ex abrupto vltimam reformationem esse inducendam, vt multa, & grandia scandala, quæ hoc solent consequi, euitentur.

Nider de Reformatione Religiosorum lib. 2. cap. 14. scribit, quod sunt religiones plurimæ, in quorum Monasterijs penè nullibi velut olim viget regularis obseruantia, & ita multiplicata sunt vitia, transgressiones, & abusus tanti, vt humanitus non videatur possibile omnia talia reformare simul, & tollere. Non enim forma ignis introduci potest ligno viridi, nisi prius multis actionibus præuijs humidum expellatur, & frigidum. Nec terra fructifera efficitur, prius nõ culta multipliciter. Adde, quod qui formam Religionis perditam possunt introducere, sunt qui forma eadẽ actuati sũt, cũ vnumquodque tale facit ipsum tale, & agẽs agit, in quantum actu est. Sunt autem in comparatione malorum, boni religiosi paucissimi, & facilius est deficere, quàm proficere, valetque peruersus vnus plures peruertere, quàm decem boni vnum conuertere. Sic *Nider*, qui concludens dicit, ex his iam liquere, quod sunt quidam simplices, qui Ecclesiam in omni ferè statu lapsam grauiter putant per vnum Concilium generale posse reformari totaliter. Bona plura facere potest, non ambigo, generale Concilium; sed non simul reformare omnia. Opus hoc est non vnius Concilij, sed dierum plurium; & fortassis numquam hoc fiet, sicut & in retroactis iam temporibus numquam Ecclesia diu stetit sine deformatis, & persecutoribus.

XVI. *Chi proccura di auer le cose necessarie per vie lecite, & oneste, e le tiene, non pecca contra il voto di pouertà, facendo questo secondo l'intenzione de' Superiori, che lasciano la cura a' suoi sudditi di prouedersi delle cose necessarie da se stessi.*

Beltramius loc. cit. cap. 5. Qui testatur, tempore Generalatus Magistri Thomæ de Argentina, cui data fuit facultas à Patribus constitutiones, ac ordinis statuta in melius reformandi, facultatem, siue consuetudinem aliqua bona donata, vel acquisita tenendi, per ipsum Magistrum Tho-

mam

mam fuisse confirmatam, & aliquantulum ampliatam, vt patet in suis Additionibus, quas fecit super prædictas Constitutiones Anno Domini 1345.

I. Le comunità de' Religiosi hanno il dominio de' beni stabili, fuorche quella de Cappuccini, e de' Minori Osseruanti. La ragione è, perche questo non ripugna al voto della pouertà, possedendo vnitamente i Religiosi in comune, e non in particolare quei beni, che gli sono lasciati, ouero da essi stessi acquistati.

ilderus De virtutibus Theologicis Tract. 1. *cap.* 4. *dub.* 7. qui ait, forte huius paupertatis formam Ecclesiam primitiuam ex Iudæis exhibuisse; habebant enim omnia communia, nec suum quisque aliquid esse dicebat.

uarrus tamen loc. cit. com. 1. *num.* 31. Bona Monasteriorum dicit quo ad proprietatem esse solius Christi; quoad administrationem autem Prælatorum; quo ad vsum denique facti, particularium Religiosorum.

rum hæc Nauarri opinio non probatur ab ipso Maldero, tum propter auctoritatem Concilij, quę non potest exponi de solo iure administrandi, quia apertè dat facultatem possidēdi, idq; tamquam redditus proprios, vt postea loquitur; tum etiam propter auctoritatem Pontificum, qui satis apertè dixerunt, exceptis Minoribus, reliquos Regulares in communi habere rerum suarum dominium; immo Ioannes XXII. idē etiam de ipsis Minoribus dicendum contendebat. Accedit, quod Monachus quæ acquirit, dicatur Monasterio acquirere. Ita *Nicolaus III. ap. Exijt. De verborum significatione, in 6 §. Ad hac.* Denique si Monasterium non habeat suarum rerum dominium, talium rerum dominium erit incertum, vt æquè opus sit illud sibi sumere Sedem Apostolicam, ac fecit in rebus Minorum.

. Sono innumerabili i beni, & comodi della vita comune essata, & il procurare, che si viua in comune, non è far nouità, ma rinouar l'antico, e riponere in so la vita Appostolica, che fù pratticata con tanto frutto, e spirito nella primitiua Chiesa.

nacaballensis in sua Pastorali Epistola. *Et il caso orribile di Anania, e ffira sua moglie*, inquit ipse, *che per lo peccato della proprietà caddero orti a' piedi di San Pietro con gran terrore di tutta la Chiesa di Dio, in quei mpi di tanta pietà, douerebbe animar tutti a far da douero la vita comune ata, e viuere finalmente senza quel proprio, ch'è la perdizione, e la ruina l corpo, e dell'anima.*

discant Religiosi, vt ait, *Cornelius à Lapide super hunc locum Act.* Quā ste votum paupertatis obseruare debeant. Deus enim huius sacrile acerrimus est vindex. *S. Hieronymus Epist.* 22. *ad Eustochium, de vir. ut.* scribit, adeo arctam fuisse in Monachis sui temporis paupertaprofessionem, vt nemini liceret, vel necessaria petere; tametsi vigi-

B 2 labat,

labat Præpositorum diligentia, ne cui aliquid necessarium deesset. Additque quadam vice in Monasterio quodam Nitriæ repertum fuisse Monachum iam moriturum, qui aliquot solidos sibi retinuerat; quapropter placuisse Machario, Isidoro, & alijs senioribus, vt cum mortuo pecuniæ infoderentur, clamantibus omnibus, pecunia tua tecum sit in perditionem. Nec hoc, inquit, crudeliter quispiam putet factum, tantus cunctos per totam Ægyptum terror inuasit, vt vnum solidum dimisisse sit criminis.

Porro votum paupertatis, sequitur ipse *Cornelius*, in eo propriè consistit, & ad hoc obligat sub peccato mortali, vt nihil liceat habere quasi proprium, aut sine venia Superioris, qui bonorum communium est dispensator. vnde *S. Augustinus de communi vita Clericorum*, & habetur *cap. non dicatur 12. quæst. 1*. Certum est, ait, eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere sine licentia Superioris debere. Vnde colligitur, vt supra cõclusum est, haud votiuæ paupertati repugnare habere aliquid ad vsum dependentem à Superiore. Quod omnes fatentur, etiam ipse Bagnacaballensis, vt patet suam Pastoralem Epistolam legenti.

Immò *Frater Hyacinthus in suo tract. de Religiosa paupertate, pag. 78.* fatetur idem, dum ait, *Che Santa Chiesa tolera, che non si viua in comune, perch'essa non può quasi far più, senza pericolo di scandalo, di quel, che hà fatto. E che poteua far più per leuare ogni peculio, che comandarlo con tanto ardore, e rigore in vn Concilio Generale? Che poteua far più vn Clemente Ottauo, che vietare assolutamente, che non si vestissero più Religiosi, se non doue si viueua in vita comune, acciòche s'estinguessero questi peculiaristi? Che potea far più vn Paolo Quinto, che comandare in vn suo Decreto, sotto à graui pene l'essecuzione del Concilio, e di quanto aueua ordinato il suo antecessore (clemente? Conclude adunque l'istesso Padre Giacinto, che auendo veduto le difficoltà in questa materia santa Chiesa, s'è risolta di andar tolerando, e medicando à poco à poco, massime che alcuni casi, e rispetti rendono in parte scusato, e lecito lo stato del peculio, se non per la natura istessa del peculio, almeno per accidentale necessità, sin quì il Padre Giacinto; il quale però non vuole, che questa toleranza iscusi i Prelati dall'obbligo loro. Ma come potranno (dimando io al Padre Giacinto) fare i Prelati inferiori quello, che non hanno potuto fare i sopremi? E perchè non douranno tolerare essi il modo di viuere co'l peculio ne' loro Religiosi, tolerandolo il Concilio, & i Sommi Pontefici?*

XIX. *Dall'vnione de' cuori nasce la comunità delle cose esterne, che però San Luca prima di dire, come s'è veduto,* Erant illis omnia communia, *disse inanzi,* Erat cor vnum, & anima vna. *Doue in vano s'affaticano i Superiori d'introdurre la comunità essata ne' loro sudditi, se prima non procurano d'introdurui la carità fraterna, perche questa sola sà far comuni le cose proprie.*

Erat cor vnum, & anima vna. Non physice; quia quisque habebat suum cor, & suam animam: Non enim datur vna anima communis, quasi

idea

Idea Platonica singulis indiuiduis se communicans. Erat ergo fidelium cor vnum, & anima vna, non physice, sed moraliter; quasi dicat, ita animis, & sensibus erant concordes, ac si vnum idemque omnes habuissent cor, & vnam animam. Hoc vnum cor, & vna anima primorum fidelium erat perfecta amicitia, & charitas mutua. Hinc oriebatur, quod nemo *eorum, quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia*. Ex vnione animorum enim nascitur communio rerum externarum, ait hic Lorinus, vt qui eodem consortio Religionis tenebantur, inquit *Augustinus serm.* 25. *de verb. Apost.* eodem consortio fruerentur & vitæ, hoc est, vt quibus erat vna fides, esset vna substantia; quibus erat communis Christus, communis esset & sumptus. Non quærit charitas, quæ sua sunt, sed sua reddit communia. Acute, & vere Dionysius quidam philosophus risu excipiendum dicebat diuitem, qui sibi pauperem amicum esse affirmabat; si enim, inquiebat, amicus est, tu quomodo diues, ille pauper?

Et quidem quid mirum, si res pro fratribus illi primi Christiani impenderent, cum etiam sanguinem pro eisdem profundere non dubitarēt? Testis est *Tertullianus*, qui vixit sub annum Christi 200. Is enim *Apolog.* 39. scribit totam Euangelicam legem consistere in charitate inuicem exhibenda, ita vt communis Gentilium de Christianis esset vox; Vide vt se diligant, vt alter pro altero mori sint parati.

XX. *Il Decreto del Concilio circa la vita comune, se bene non è solo di consiglio, ma di precetto ancora, non è però qui in Venezia in vso ne' Monasteri di Monache, come vedono i Superiori, e tuttauia dissimulano, e tolerano questa tale inosseruanza.*

Il P. Giacinto loc. cit. pag. 65. *nega questa dissimulazione, e toleranza, dicendo, che non solo non hanno dissimulato i Sommi Pontefici in questo caso, ma più tosto si sono opposti. Ma chi considera bene i decreti de' Sommi Pontefici, e le dichiarazioni della sacra Congregazione, vederanno chiaramente, ch'essi Sommi Pontefici, & i Padri d'essa sacra Congregazione si sono solamente opposti all'inosseruanza di quei Monasteri, che si oppongono a' loro Prelati, che vogliono introdurre la vita comune. Che à gli altri, che non possono viuere in comune così facilmente, hà concesso vltimamente Papa Paolo Quinto di felice memoria il deposito, come attesta l'istesso P. Giacinto, pag. 63. E l'istesso Padre pag. 58. dice co'l Rodriquez, che il Concilio, quando ordina, che* omnia tradantur, & incorporentur Conuentui, *non intende d'obbligare, sin che le cose non sieno bene rassettate, e data buona forma di viuere, con tutte le cose necessarie, da' Superiori a' sudditi.*

Adde, quod ad hoc vt lex obliget, oportet etiam vt sit vsu recepta, seu acceptata, sic fere communiter omnes Doctores. Tunc vero lex dicitur non esse vsu recepta, quando populus, vel maior pars populi prosequitur facere, quod facere consueuerat ante legis promulgationem. Hanc

tamen

tamen conditionem limitandam puto, nisi constet Superiorem velle obligare independenter ab acceptatione, quod potest facere, alioquin maioris potestatis esset populus, quam Princeps, quandoquidem posset potestatem legislatoris impedire.

XXI. *Non peccano le Monache, che hanno censi, liuelli, o rendite annuali, anche dopo il Concilio di Trento, perche non è stato pratticato sin'ora con tanto rigore, per le molte necessità delle persone religiose, alle quai non si può prouedere de' beni della comunità secondo il loro stato, e pouertà religiosa.*

Ioannes Cruz De statu Religionis, & Priuilegijs lib. 1.*c.*3. affirmans id etiam sequi in redditibus emptis ex bonis à Religioso iam professo acquisitis, & quorum dominium transierat iam in communitatem; potest enim communitas redditus illius census, nomine tamen communitatis fundati concedere Religioso in præmium sui laboris, vt constat ex vsu sapientissimorum, & timoratorum. Si obijcias, quia in *Concil. Trident. Sess.*25.*cap.*2. statuitur non licere Religiosis vtriusque sexus bona mobilia, vel immobilia quouis modo acquisita, vt propria possidere, sed ista Superiori tradantur, & Conuentui incorporentur. Et iterum dicitur sic, non liceat Superioribus Religiosorum bona stabilia Religiosis concedere, etiam vsumfructum, vsum, vel Commendam; vbi per bona stabilia intelliguntur bona immobilia, & census. Ad hoc respondetur, quod loquitur Concilium de redditibus non habendis etiam quantum ad vsum, vt proprijs, & irreuocabilibus per Prælatos, & sine eorum licentia distraendis; intendit enim Concilium tollere à Religiosis dominium, & proprietatem, vt constat ex titulo dicti cap. qui est de paupertatis voto integerrimè seruando. Et si aliud intendat illud Decretum, non est cum tanto rigore ad praxim reductum, vt dictum est in ipsa Maxima. Et hoc maximè verum habere in Monialibus asserit ipse *Ioannes Cruz*.

Alij tamen negatiuam sententiam amplexi sunt, vt videre licet apud *Dianam Tract. de Paupertate Religiosa Resolut.* 32. & præcipue *Zerola in sua praxi Episc.p.*1.*verb.Moniales*; qui asserit, ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem. At affirmatiuam ipse Diana probabilem, & tutam in praxi existimandam esse indicat, dicens, Concilium Tridentinum non condere, & nouum ius inducere, sed tantum confirmare statuta, & ius antiquum *cap.Monach.& cap.cum ad Monasterium, de statu Monach.* quæ quidem statuta Regularibus interdicebant peculia concessa ad vsus omnes, etiam profanos, & superfluos Monachorum statui, vel si ad vsus licitos, tamen sine causa, vel irreuocabiliter à Superiore pariter concessa. Ad declarationem vero Card. respondet ipse Diana, de illa authenticè non constare, deinde quod aliqui DD. asserunt, declarationes Cardinalium esse tantum doctrinales, & non esse necessario standum illis, ita docent *Sanchez, Petrus Ledesma, Bonac. Villalobos,*

bos, Valerus aduersus Salas, Rodriquez, Garsiam, Gambaruptam, Lazarium, Mirandam, Narbona, Homobonum, & alios docentes supradictas declarationes non esse tantum doctrinales, sed etiam decisiuas, vt vere sunt, & pro talibus habendæ, & obseruandæ, sed tantum pro locis, quorum intuitu emanarunt.

Et postea *Thomas à Iesu in suo de statu Monachorum p. 4. cap. 5.* probabile existimat, quod si alicui religioso legarentur annui redditus pro alimentis, & alijs necessitatibus, quod tunc possit habere administrationem illius pecuniæ. Ratio est, quia licet annui redditus vltra decennium à iure inter bona immobilia, & perpetua computentur, tamen quando ij annui redditus legantur pro alimentis alicuius personæ, non censentur, neque sunt bona immobilia, & perpetua, quia tunc sunt plura legata, & sic si legatarius moriatur non transmittit actionem in monasterium, quam transmitteret, si esset vnum legatum, vt patet *ex l. si cum prædefinit, & ex l. in singulos annos ff. quando dies legati cedit.* & colligitur *ex glos. in Clem. exiuit. §. nec licet verb. Cumque annui.* Ex quibus iuribus constat non esse computandum inter immobilia bona, etiã si ad totam vitam relinquatur illud, quod fit pro alimentis, vel alijs vsibus pro singulis annis. Quod est maximè notandum, cùm hoc sit in vsu penè in omnibus nostris Monialium Monasterijs. In hoc tamen peculio seruandæ sunt conditiones, de quibus in sequenti Maxima.

XXII. *Può il Superiore concedere il peculio de' beni mobili a' suoi religiosi, ma reuocabile ad ogni suo cenno; perche se gli lo concedesse irreuocabile, gli farebbe proprietari, militando ciò immediatamente contra il voto della pouertà religiosa.*

Thomas à Iesu loc. cit. qui ait, ab hac maxima non esse qui dissentiat, & quia Conc. Trid. quoad bonorum mobilium vsum nihil noui statuit, cum expresse ibi agat de bonis stabilibus, & ex alia parte id licebat ex antiquo iure, & communi, id igitur modò etiam licitum erit. Ex qua conclusione infert ipse Thomas, posse Monachos de licentia Prælati habere libros, vestes, pecuniam, & alia mobilia administrare in suos vsus. Immo licita est consuetudo in aliquibus Monasterijs introducta, vt moniales victum tantum à Monasterio accipiant, vestitum autem, & alia, ex suis laboribus sibi quærant; &, quod magis est, vt cuilibet monacho detur quolibet anno, vel mense ab officiali Monasterij certa quantitas pecuniæ, vel victus pro vsibus sibi necessarijs. Quare optimè responsum est à Congreg. Cardin. licere monialibus sibi victum quærere, si aliunde non habeant vnde commodè sustentari valeant.

Habere autem peculium nihil aliud est, quàm administrationem illius rei concessæ habere, vt docet *Innoc. in c. cum olim 2. de priuilegijs* communiter receptus, vt testatur *Nauar. comm. 1. de Regularib. num. 14.* Quod ita verum est, vt à ratione peculij etiam profectitij, quod minimum est

inter

inter omnia peculia, non possit separari administratio, vt patet *ex lege placet de acquirenda hareditate*, & notat *Nauarr. ibidem*. In quo differũt regularis habere peculium, & ille qui tantum habet res sibi necessarias à suo Prælato in pios vsus concessas; nam ille ratione peculij tenetur administrare ea, quæ recta ratio administrandi peculij requirit, & probat rectè *Nauar. com. 2. num. 9.* quia non potest dari peculium sine administratione necessaria circa peculium commissum. Quod maximè procedit in peculio, de quo loquimur in Maxima. Nam de illo supponimus, quod possit regularis in pios, & honestos vsus peculij bona administrare, & expendere. Qui vero tantum habet res necessarias ad suos vsus concessas (vt solent communiter simplices regulares in religionibus reformatis) nulla ratione dicitur habere administrationem, neque peculium, quia vti rebus sibi concessis in vsus necessarios, & determinatos à superiore, non est propriè ea administrare, sed tãtũ vsus simplex, qui ex natura sua distinguitur ab administratione, vt oẽs fatentur.

Pater Hyacinthus loc. cit. pag. 175. & seq. approbat peculium in Monasterijs, in quibus vita communis seruari minimè potest, sed in Deposito collocatur, dum dicit, *quando il peculio in vn Conuento, oue non si può viuere in comune, si terrà al deposito, con alcune condizioni, tale stato, come permesso dalla Chiesa, e come quello, che si accosta al Decreto del Sacro Concilio di Trento, & è quasi vna prossima disposizione alla essata vita commune, sarà lecito. Anzi che in tal caso sarà buono, e santo, come lo chiama il Santo Pontefice in vna lettera all'Arciuescouo di Napoli, che comincia*, Sanctissimus Dominus noster, &c. *oue comanda, che se le Monache in quei Monasteri, oue non si viue in comune, non vorranno accettare, & osseruar questo modo di deposito, siano priue di voce passiua, fin che facendo ceruello, accettino vno instituto così santo. Queste sono le sue parole.* Hæ autem Moniales, quæ in eisdem Monasterijs reperiebantur professæ ante Constitutiones, quibus idem caput 46. obseruari non placuerit, priuatæ sint omnino voce passiua, donec resipiscentes, tam sanctum institutum acceptauerint. Romæ 26. Iunij 1602.

Nel Monastero di Santa Lucia quì in Venezia il peculio delle Monache stà depositato nelle mani della Superiora in questa maniera. Tutte le Monache pongono i denari, che per via di legati, ò per altra strada gli vengono nelle mani, nelle mani della Priora, ponendole in vna cassetta, che stà in vn pubblico, e comune armario, serrato con chiaue, che stà sempre presso di detta Priora. E se bene la chiaue di questa cassetta stà in potere della Monaca particolare, ad ogni modo ella non se ne può mai seruire, se la Priora non gli dà prima la chiaue dell'armario, e licenza appresso d'impiegare il denaro, che caua fuori della cassettta ne' suoi correnti bisogni. Rimanendo sempre assoluta libertà nella Priora di seruirsi di tutti i detti depositi di queste Monache nell'occorrenze necessarie, e comuni del Monastero.

Nec

Nec est dicendum, tenere peculium hoc modo claui obseratum sapere vitium proprietatis; quia, vt scribit *Suarez Tom. 3. de Religione lib. 8. cap. 12. num.* 8. vsus clauis permissus est in Religione saltem de licentia Superiorum; Si igitur particularis Religiosus de licentia Superioris legitime obtenta, iuxta regulam, vel probatam consuetudinem suæ Religionis, vt in casu nostro accidit, clauem habeat, tunc clauis non est signum proprietatis, quia tunc ipsamet clauis, non proprio, sed Superioris nomine habetur. Clauis enim per se tantum est instrumentum, & signum custodiæ; possessionis autem propriæ, tunc est signum, quando alicui proprio nomine, seu propter ius proprium confertur; nam si clauis conferatur vni, vt Procuratori alterius, non Procurator, sed dominus proprie dicetur possessionem acquirere. Non est ergo clauis semper signum proprietatis in eo, qui defert illam.

Vult Puccinius in suo Tract. de proprietate, & peculio Regularium, pag. 52. *Che questo peculio depositato si deue intendere, che sia annale, cioè non ecceda il tempo di vn'anno; perche se à capo dell'anno auanzerà qual cosa di esso, dalla necessità della Monaca deponente, deue incorporarsi al Conuento, eccetto però se vi fusse qualche futura necessità certa, ò almeno probabile, nella quale il Monastero non fusse per supplire.*

Libet hic recensere quæ *Valerus in suo de Different. inter vtrumque forum v. Munera nu. 53. & seq.* de hoc peculio regulari differit, vt sic conscientijs multarum Monialium præcipuè consulam, quæ rigorosis, sed pijs, dicam etiam tutioribus quorundam doctrinis imbutæ, in statu peculij contra conscientiam permanentes, in propriæ salutis discrimine versantur. Dicit enim ipse *Valerus*, quod quilibet Religiosus de licentia iusta Superioris, & nomine Conuentus tamquam peculium, vsibus suis honestis, & necessitatibus propriis deputatum, & cum animo parato ad illud dimittendum ad libitum, & nutum Superioris; tale proprium, seu potius peculium, aut depositum, bene potest habere, vt docet *Petrus à Nauar. 2. Tom. de Restit. lib. 3. cap.* 1. *num.* 179. etiam post *Concilium Trident. secundum eumdem ibi;* quia per dictum Concilium proprietas duntaxat, non vsus, vel administratio prohibita est.

Hinc est, sequitur ipse *Valerus*, in quibusdam Religionibus licite taxari censum, quod pro indumentis Monachorum, & singulis assignari conuertendum in prædictam causam. Pro hac sententia affert, & *text.* & *Doct.* & præcipue *Nauar.* qui consultus super quodam casu singulari, & simili, probat id licere etiam post *Concil. Trident.* Videmus etiam singulos Monachos habere in suis cellis vestes, libros, & multam suppellectilem pro toto tempore vitæ. Quare omnino asserendum est licere Monachis de iusta licentia Superiorum suorum habere prædicta deposita. Ratio est, quia per prædicta pecculia, & deposita cum licentia Superioris habita, non dicitur Monachus habere proprium, nec ius

C ali-

aliquod in eis; quippe ea habet nomine Conuentus, & Prælati, & cum eius licentia, & facultate, ad nutum eiusdem Superioris, reuocabile. Cuius quidem peculij hoc modo sumpti, etiam sunt capaces serui, licet alias proprium habere non possint, vt *in l. Stipulatio ista §. Hac quoque, ff. de verb. oblig. & in l. Placet. ff. de Acquir. hered.*

Sed sciendum est, duobus modis posse permitti prædicta deposita. Vno modo, vt ea habeant Religiosi penes se, vel penes quem ipsi voluerint, & de eis disponant ad libitum; Altero modo, vt ea habeant penes Prælatum, vel alium, vel in arca communi Conuentus, vbi aliæ pecuniæ Conuentus reconduntur, & sint ad vsus honestos eorumdem Religiosorum, ad arbitrium tamen Superioris impendenda. Notandum est etiam, prædicta deposita posse haberi, vel cum iusta causa, vel sine ea.

His suppositis, dicit *Valerus*, deposita primo modo habita, esse de se illicita, & à iure prohibita, nisi iusta aliqua causa subsit, ob quam iustificentur. Ratio est, quia prædicta deposita primo modo habita, possunt esse occasio multorum malorum, puta inquietudinis, ambitionis, cupiditatis, negotiationis, & aliorum similium: quæ occasiones malorum amputandæ sunt, *l. Æquissimum. ff. de vsufruct. cap. 1. de vsur. lib. 6. vbi gl. verb. Adimetur*, hoc notat. Præterea inconueniens est, & contra bonum regimen, vt multæ crumenæ, & administratores sint in vna domo. Item, quia habent prædicta deposita, quandam speciem mali, scilicet proprietatis, à qua longe abesse debent Religiosi, quippe ab omni specie mali cauendum est, vt *1. ad Thessalon. cap. 5.*

Attamen vbi iusta, & magna causa subesset, tunc vtique permitti possent, cum illa licita iudicari possint, & debeant ob necessitatem victus, & vestitus. Et confirmatur per ea, quæ tradit *Nauar. cons. 75. de Regul. nu. 51.* scilicet, quod si aliqua essent Monasteria Cartusiana, similia nonnullis alijs Ordinibus, in quibus vix vestitus, panis, & vinum de cellario communi exhiberi possent; tunc Prælati eorum, non recte, nec prudenter agerent, si repudiarent legata, quæ parentes, vel alij cognati, aut amici facerent Monachis Cartus. vt eis vtantur, donec Prælati permiserint ipsis vti eis ad vsos suos, vel pios, quos ipsi volent, & non vltra. Quis non videt, hæc omnia concurrere in Monialibus, præsertim nostræ Diœcesis Venetæ?

De depositis autem secundo modo habitis, absolute tenet *Valerus* ea esse licita, etiam post *Conc. Trid.* cum ad ea habenda iusta causa videatur, cum per ea exonerentur domus multis, quæ alias tenerentur prouidere ipsis Religiosis, & cessent in ipsis inconuenientia, & occasiones malorum supra citatorum, quia tunc vera tunc solus Prælatus est dispensator ipsorum.

Extat *Decisio Rotæ in Nouissimis volum. 2. n.* [illegible] *decisio. 216.* vbi decernitur, quod Monia-

Moniales retinentes proprium de licentia Abbatissæ, vel Ordinarij non faciunt contra professionem, nec votum paupertatis. Hinc videmus, quod Regulares ex permissione Superioris disponere possunt de fructibus beneficiorum Regularium, *Cardin. in Clem. 2. §. Sed tales, in 1. not. de vit. & honest. cleric. Nauar. in cap. Cum non dicatis, num. 42. in qu. 1. & in apolog. Monac. 8. num. 4. & 5.*

XXIII. *Per legge di natura può la persona Religiosa, quando non può sufficientemente viuere delle rendite comuni del Monastero, procacciarsi qual cosa di proprio, prouedendo in questa maniera à se stessa. Però doue il Concilio proibisce, che i Religiosi, e Religiose non abbino al loro vso proprio destinata cosa alcuna di stabile, si deue intendere, supposto che si possa à sufficienza prouedere a' loro bisogni delle rendite comuni.*

Valentia Tom. 3. Disput. 10. quæst. 4. puncto 3. Guielmus de Monte Lauduno, in Clem. de statu Monachorum, & eorum Regula, nu. 21. & 22. & habetur volum. 6. Repet. can. Quid faciet miser Monachus orphanus parentibus, & omni temporali auxilio destitutus, qui in Monasterio degens, & denudatus, forsitan vsque ad ostensionem pudibundorum, non inueniet aliquem intus, vel extra (tantum hodie refrigescit charitas) qui extendat sibi vnam pinctam pro calceamentis, vel vestimentis, & vestiarium, quod sibi est dari consuetum. Quod etiam tarde, & male soluitur, pro medietate anni non sufficiet, tantum sunt cariora tempora. Nũquid si sibi prospexerit in futurum, conseruando aliquid, vel de hoc, quod de victu suo sibi superest, vel alias, Incurritne prædictas pœnas contra proprietarios, vel proprium habentes introductas? Dura est lex, quam nisi ille, qui per experientiam sustulit, bene nouit; & si quidem Beatus Benedictus prospexisset tempora futura, non eam sic duram fecisset, vel mitigasset forsan eamdem; quia melius fuisset ei habere luscos, quam cœcos: quia hodie pauci sunt sine hoc vitio.

XXIV. *Non si può negare però, che lo stato del peculio non sia pericoloso, prouandosi per isperienza, che per l'vso della pecunia, che maneggia la persona religiosa, scorri essa pericolo di far contra il voto della pouertà Regolare.*

P. Hyacinthus loc. cit. pag. 107. Cardinales ideo Sacræ Congreg. præcipiunt, vt Confessarij sedulo hortentur Moniales, ac moneant, vt communis vitæ institutum, & totam Deo seruiendi viam, sequantur. *Seruatius in sua Optica Mand. 21. Spec. 48. Instruct. 1.* probat peculij statum constituere religiosum, non solum in periculo animæ, sed etiam corporis, dum testatur, sed fide dignis accepisse, ægrotos quosdam consumpto peculio, eò penuriæ deuenisse, vt vnius medicinæ defectu in præsentia Prælati de tanta egestate moniti, miserabiliter emori cogerentur. Nolo, ait idem *Seruatius*, huius rei testes nominare, ne videantur Prælatis velle detrahere. Nolo à mortuis illis testimonium accipere, ne videar velle illos ad conquerendum de Prælatis suis suscitare. Nolo

Monasteriorum, in quibus id accidit, mentionem expresso nomine facere, ne videar Prælatorum illorum verenda detegere. Sufficit mihi, inquit *Seruatius*, ad peculium damnandum, illorum qui id dolentes dolenti retulerunt, testimonium.

Il Puccini anch'esso nel luogo citato, pag. 50. proua, che vi sia gran pericolo, che il Religioso, tenendo appresso di se questo peculio, incorra nel peccato tanto in lui detestabile della proprietà; perche è veramēte facilissima cosa affezionarsi a quegli oggetti, che stanno continuamente dauanti a gli occhi, e massimamente allo splendor dell'oro, & argento; doue che per lo contrario, quelle cose, che non si veggono, più difficilmente riceuono affezione; & il Prouerbio è tritissimo, che quel, ch'è lontano da gli occhi, è lontano dal cuore. E finalmente dice, che non si può negare, che nel tenere appresso di se i danari, non ci sia più largo campo di peccare, perche auendoli il Religioso pronti alle sue voglie, può riceuer tentazione di spenderli malamente in vsi profani, senza licenza del Superiore.

XXV. *Il peculio depositato nel modo sopradetto, se ben non viola il voto della pouertà religiosa, ad ogni modo però non è egli lo stato perfetto di comunità, che ricerca il Sacro Concilio di Trento, ma è differente assai.*

Frater Hyacinthus loc. citat. pagin. 186. & Puccinius loc. cit. pag. 71. & 72. *Il qual dice, che così è definito per alcune dichiarationi di Clemente Ottauo sopra il capitolo delle Constituzioni della Sacra Congregazione de' Regolari circa la reforma de' Monasteri di Napoli, e Salerno, referite dal Quaranta;* loc. cit. verb. Monast. Mon. *Et N. S. Papa Paolo Quinto, di felice memoria, più volte in voce hà dichiarato à' Generali dell'Ordine di San Francesco, esser sua intenzione, che l'osseruanza del deposito sia disposizione preuia, per introdurre la perfetta comunità.*

XXVI. *Non può ne anche il Papa concedere alle persone Religiose il peculio irreuocabile, se però sua Santità non intendesse di assoluerla affatto dal voto della pouertà. Può bene il Papa concedere a queste licenza di tener qualche cosa in modo tale, che niun'altro inferiore a lui possi riuocarla.*

Sanchez Tom. 2. Op. Mor. lib. 7. cap. 17. num. 29. & 30. Ratio, quia esset eas efficere proprietarias. Posset tamen Pontifex, vt in Maxima dictum est, concedere Monacho licentiam aliquid retinendi, ita vt nullus Pontifice inferior valeat illud reuocare, quia hoc non est efficere Monachū proprietarium, cum rem illam habeat ex legitima Superioris ipsius (qui est Pontifex) licentia, & possit ab ipso reuocari, & solum ex ea licentia eximatur ab aliorum Superiorum obedientia, quo ad eam retinendam. Sic ex *Nauar. Sanchez*; qui etiam addit, quod quicunque Superior possit concedere hanc licentiam, vt nullus alius Superior inferior ipso possit reuocare, vt Generalis posset ita rem concedere, vt nec Prouincialis, nec immediatus Superior Conuentus possit reuocare. Patriarcha noster huiusmodi auctoritatem multo magis habet cum suis Monialibus,

cum

cùm sit ipse in hac parte etiam Sedis Apostolicæ delegatus.

XXVII. *Stà nell'arbitrio del Superiore a riuocare ogni concessione fatta a' sudditi, se bene egli gliel'auesse fatta co'l consenso del Capitolo, & stabilita appresso congiuramento.*

Sanchez ibidem num. 32. Esset tamen periurus Prælatus in reuocando, quã-do id non tenderet in detrimentum salutis æternæ. Quando verò non interuenit iuramentum, alij dicunt Abbatem minimè obligari stare promissis, quia inter Abbatem, & Monachum nulla cadit obligatio naturalis; alij melius asserunt, teneri ipsum in hoc casu seruare promissionem, atque adeo peccare tamquam fidei datæ reum, si nulla causa iusta ductus reuocet; posseque Monachum coram alio Superiore reclamare, & allegare iniuste reuocationem factam.

Hinc deduci potest, Maximam non esse vniuersaliter veram; Nam tantum vera est, quando nulla intercessit promissio non reuocandi, sed mera licentiæ concessio. Item, quando aliunde consulitur necessitati religiosi, iuxta moderationem, quam status Religionis petit; nam si aliunde non prospiceretur, non posset licite Prælatus auferre necessaria ad hoc ex peculio concesso Religioso, nec ille tenetur obedire.

XXVIII. *Non è contra la mente del Concilio, che si conuerti in vso di qualche Monaca particolare quel denaro, che si caua da qualche stabile, purche si riceui questo denaro, e l'vso d'esso co'l debito modo.*

Suarez loc. cit. lib. 8. cap. 14. num. 14. Consistit autem debitus modus in hoc, vt pecunia quamdiu non consumitur, non possideatur ab ipsa in particulari persona, sed à Superiore, vel à publico officiali ad hoc munus constituto custodiatur, & postea de licentia eiusdem Superioris in vsum talis personæ conuertatur. Si enim hæc obseruentur, nec Religiosus habet aliquid proprium, nec possidet aliquid superfluum, neque etiam habet vsumfructum rei immobilis, neque aliquid aliud committit contra tenorem Concilij; nec licentia ad consumendam talem pensionem in proprios vsus dicto modo data est ad bona stabilia possidenda, neque ad vsumfructum proprie dictum; sed solum est ad actualem vsum tali personæ conuenientem. Sic Suarez.

Qui etiam dicit, hanc mentem Concilij videri explicasse Cardinales Eminentissimos, tam in casu particulari, quem supra retulit, quam in multis generalibus responsionibus, in quibus sæpe aiunt non posse Religiosos sibi acquirere aliquid, vel tenere, sed omnia danda esse Superioribus: & idem dicunt de Monialibus, siue illis legatum aliquod relictum fuerit, siue aliquid donatum, siue industria, & labore suo partum, iam sẽper aiunt tradendum esse Abbatissæ, vel in communi reponendum; Etiamsi (inquiunt) Monasterium sit pauperrimum. Consequenter tamen adiungit ipse *Suarez* ex illis pecunijs primum omnium prouidendum esse Moniali, cuius causa donatæ sunt, vel quouis modo acquisi-

ta,

tæ, & si quid reliquum fuerit, in vsum communem conuerti. Vnde consequenter fit, Moniales, vel Religiosos percipientes huiusmodi redditus; debere esse in hac præparatione, vt si Prælati ad alios vsus illos applicent, contenti sint; ipsos autem Prælatos non debere id facere, nisi alio modo sufficienter prouideant necessitatibus subditorum,

XXIX. *Deue la Monaca guardar bene, mentre si mostra pronta à far la rassegnazione del peculio, di non far questo solamente, perche sà quasi, che chiaramente, che la Superiora mai la domanderà; perche tal Monaca non si può chiamar pronta à rassegnare il peculio, perche repugna l'animo suo.*

Puccinius loc.cit.pag. 71. Qui dicit ex Gratiano, *che Dio non si diletta semplicemente d'apparenze esteriori, ma del puro animo, e d'vna sincera conscienza. Adunque guardinsi le persone Religiose dall'eterno supplizio, mentre che in tal guisa cercano in vn certo modo d'ingannare Dio; perche Dio, si come non può ingannare, così ancora non può essere ingannato.*

Consideri la Monaca, che ne anche la veste, che hà in dosso, come dice l'istesso Puccini dal Cardinal Zabarella, deue giudicare, che sia, ò possa esser sua, per farne quello gli piace, perche sarebbe proprietaria. Quello, ch'è d'altri interamente non appartiene à noi per veruna ragione; non per ragione di dominio, non d'vsufrutto, non d'vso certo, perche in ciascuno di questi termini si considera il Jus, o la ragione. La onde tanto è lecito alle Monache del pouero Conuento ritenere il peculio, quanto stimano, che quello per niuna ragione se gli appartenga. Non per ragion di dominio, perche di quello in verun modo non possono disporre. Non per ragion d'vsufrutto, perche non se ne posson seruire per ornamento, o per diletto. Non per ragione di vso certo, perche se bene se ne seruono dentro a' termini della necessità, tuttauia di quest'vso ne possono essere spogliate, quando piace a' Superiori.

XXX. *La Monaca, che tiene qualche cosa, quasi per forza della Superiora, che gli la concede per timor di qualche confusione, non è salua in coscienza, non essendo questa tal licenza volontaria, ma solo vna permissione sforzata, per sch.far maggior male.*

Sanchez loc. cit. lib. 7. cap. 19. n. 18. qui pro hac Maxima citat Carthusianum, Cordubam, Nauarrum, Emanuelem, & Lessium. Prælatus enim non permittens, audit subditum magnas fundentem querelas, & murmurantem, tamquam iniuria affectus esset. Quare, vt scribit Emanuel, non est tutus in conscientia hic subditus, licet dicat se esse paratum ad iussum Superioris relinquere, interim tamen fundens querelas, & murmurationes, & huiusmodi; & id non modo ob scandalum, sed ob votum paupertatis, cum constet licentiam illam non esse dicendam, sed permissionem coactam ad vitandum maius malum, sicut alia mala permittuntur, ne maiora eueniant.

XXXI. *Può la Monaca con licenza della Superiora alienare, per esempio, cento*

scudi,

scudi, che gli sieno stati donati, in qualche persona secolare, con questa conditione, che tal persona gli corrisponda vna certa pensione ogn'anno, che però sia equiualente à quella, che si suol dare nel censo, ò liuello vitalizio.

Suarez loc. cit. cap. 15. *nu.* 24. Si verò pensio tam parua esset, vt iustè possit respondere censui perpetuo redimibili, non esset iusta causa extrahendi omninò illam pecuniam extra Monasterium, quia posset constitui census, cuius dominium perpetuò duraret apud Monasteriū, quamuis Moniales pro tempore vitæ suæ fructibus eius gauderent; sic enim & satisfieret intentioni donantis, & commodis Monasterij cōsuleretur.

Quod autem iusta sit talis facultas, vel hinc colligitur, quod iustè consumitur illa pecunia in vtilitatem talis personæ, & modus ille non includit aliquid per se illicitum, aut prohibitum. Sicut in aliquo casu posset religio emere vitalitium censum, cuius dominium apud ipsam esset, & applicare fructus eius ad vsum talis religiosi, pro cuius vita census cōstituatur, itaut applicatio pensionis non sit irreuocabilis, sed pendeat semper ex voluntate superioris, quod etiam in Maxima supponitur. Posset etiam fieri, non constituendo proprium censum, sed quoddam mutuum, quod per partes soluatur, cum æquali periculo vtriusque partis, minuendi, vel excedendi capitale, si vita minus, vel magis durauerit; qui contractus ex se æqualis est, & factus ex licentia Superioris, nihil continet contra paupertatem, & alioqui pecunia ita est acceptata, vt iuste possit expendi à superiore, in vtilitatem talis personæ, vt supponitur, ergo. Sic Suarez.

XXXII. *Le licenze sopradette, stando nel rigore del precetto, bastano che sieno interpretatiue, e tacite, non ricercandosi di necessità l'espresse, ne anche in caso, in cui si potessero dimandar quest'espresse, e per qualche rispetto vmano, ò difficoltà si tralasciassero.*

Diana loc. cit. Resolut. 31. Qui pro hac Maxima citat D. Thomam, & alios quamplures Doct. vocans hanc communem. Et circa præsentem quæstionem notat primo, vt possit Religiosus licite operari cum dicta licentia tacita Superioris, non opus esse, vt de tali licentia habeat certitudinem moralē, sed sufficere habere probabilem cognitionem, quæ ex iusta credendi causa procedit, secus autem, si sit improbabilis, & temeraria, & sic docet etiam cum alijs *Sanchez Tom.* 2. *lib.* 7. *ca.* 19. *num.* 13.

Notat secundo, tunc Religiosum, seu Monialem posse conijcere probabiliter talem licentiam tacitam. Primo, quando Superior est vir dulcis, & non rigidus, & nimis difficilis, sed procliuis ad condescendendum cum subditis. Secundo, quando subditus est Superiori valde dilectus, & non exosus, & nullius auctoritatis, sed est vir grauis, & optimis moribus exornatus, ac de Religione benemeritus. Tertio, si res quæ accipiuntur, vel donantur sint leuiores. Quarto, ex facto ipso, vt si v. g. talis dispensatio, seu licentia in commodum Monasterij cedat, & sic

nota-

notauit *Homobonus de Bonis in Exam. Eccles. p. 1. Tract. 7. cap. 32. q. 130.* *Barth. à S. Fausto in Thesaur. Relig. lib. 8. q. 162. & Sanchez loc. cit. c. 19. nu. 13.* probat vel ex hoc supradictam Maximam, quod non est furti reus, qui, credēs Dominum consensurum, rem clam accipit. Non est tamen negandum, securius esse operari in hac materia, cum expressa facultate.

XXXIII. *Il dispiacimento del Superiore dello stesso riceuimento in quanto alla sua sostanza, per così dire, leua via affatto la volontà presunta, e perciò tal riceuimento è proprietario. Ma se il dispiacimento, che si teme, è solo quanto al modo, cioè, che dispiaccia al Superiore, che si riceui cosa veruna sēza espressa sua licenza, in questo caso non pecca chi riceue di peccato di proprietà, ma bene d'innobbedienza.*

Suarez loc. cit. cap. 11. num. 11. Quod in simili docuit optime *Caiet. in summa, verbo, Furtum.* quem oēs sequuntur. *Diana loc. cit.* cū multis *Doct.* ibi ab ipso relatis, & præcipue *Tannero Tom. 3. Theolog. Scholast. q. 3. dub. 4. num. 103.* qui absolute tenet, & defendit hanc Maximam, quidquid nonnulli hac de re durius loquantur, vt ipse dicit.

XXXIV. *La Monaca, che nasconde alcune cose all'Abbadessa, che visita la sua cella, non perche dubiti d'esser priuata d'esse da quella, ma per rispetto, e rossore, sapendo, che ad essa Superiora dispiace il modo, che tiene in riceuerle.*

Diana loc. cit. ex multis *Doct.* concludens, quod ex hac doctrina tollent Confessarij multos scrupulos à conscientijs Religiosorum, & Monialium.

XXXV. *In simili dubbi si deuono schifare i duoi estremi, cioè, ò di non dare occasione co'l troppo allegerir le colpe alla relassazione, ouero con l'aggrauarle più del douere di esponer l'anime à mille pericoli. E perche questo vltimo estremo è più graue, e più contrario alla Religione, douendosi per necessità inclinare in vno di questi estremi, più tosto si deue piegar dalla parte dell'vmanità, che del rigore.*

Suarez loc. cit. cap. 11. num. 40. qui etiam *num. 9.* Omne id, quod diximus adhuc, explicat ratione ex intentione vouentium paupertatem sumpta; nam cum tota hæc obligatio ex voto oriatur, legitime intentioni vouentium paupertatem commensuratur; intentio autem vouentium esse videtur, se obligare ad dependentiam in recipiendo à voluntate Superiorum hac extensione, quod præsumpta voluntas sufficiat, & non cum maiori rigore. Hæc autem intentio ex consuetudine colligi potest, intendunt enim se obligare ad paupertatem, prout est, vel esse potest, in vsu Religioso, iuxta probatam doctrinam.

XXXVI. *Non può l'Abbadessa sola alienare i beni del Monastero, ma vi è necessaria, per far questa alienazione, la licenza del Prelato, e che preceda il trattato tra le Monache congregate à suon di campanella nel Capitolo, s'è di maggiore vtilità al Monastero l'alienazione; & appresso deue precedere il*

consenso

consenso della maggior parte d'esso Capitolo, nominandosi nell'Istrumento dell'alienazione i nomi di tutte le Monache.

Bartolus in l. 1. ff. de albo scribendo. Et est communis. Requisita in alienatione bonorum Monasterij sunt, quod præcedat tractatus, vti dictum est in Maxima, qui fieri debet cum magna maturitate, & deliberatione, quod Prælatus, aut alius Superior Monasterij consentiat cum consensu Capituli, & quod interueniat auctoritas Episcopi, si Monasterium, & eius Superior non est exemptus; si vero est exemptus, requiritur auctoritas Papæ propter iuramentum de non alienando inconsulto Romano Pontifice. Sic *Tuscus in suis Pract. concl. Iuris litt. A, concl. 276.* qui etiam concludit, quod vltra requiritur etiam causa, & sunt quattuor, necessitas, pietas, vtilitas, & commoditas.

Tractatus de alienatione debet fieri in instrumento separato ab alienatione, alias ea non valet. Auctoritas debet interuenire Episcopi, vbi est Monasterium, non autem Episcopi, vbi sita sunt bona. *Tuscus ibidem.* In Alienationib. rerum Monasterij, Vicarius decretum interponere nequit. *Barbosa, de offic. & potest. Episc. Alleg. 54. num. 106.*

XXXVII. *L'alienazione fatta senza le dette condizioni è nulla, e di niun valore. E s'incorre la scomunica, e la sospensione dall'vficio da chi aliena, & ancora da colui, in fauor del quale s'è fatta l'alienazione del bene del Monastero, ritornando questo bene così alienato ad esso Monastero, senza obbligo di sborsare il prezzo auuto.*

Extrauag. Ambitiosæ Pauli II. An vero dicta Extrauag. sit vsu recepta. *Nauar. in Man. cap. 27. num. 150.* asserit, se credere in paucis locis esse vsu receptam, quo ad pœnas extrinsecas, quamquam in multis sit recepta quo ad dispositionem principalem, & pœnam intrinsecam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures, quam tres annos. Idem testari quamplures Doct. testatur *Barbosa loc. cit. Alleg. 95. num. 48.* qui addit *num. seq.* in suo Lusitaniæ Regno esse receptam, & secundum eam controuersias decidi; & inter cæteros *Molina*, qui ait, se credere id verum esse, quo ad nullitatem contractus, non vero quo ad pœnas excommunicationis, & alias extrinsecas.

Leges, & Canones Alienationis nomen hac in parte latissime sumere voluerunt, ita vt Alienationis verbum contineat conditionem, seu conductionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteoticum perpetuum contractum. *Azor. Instit. Mor. Tom. 2. lib. 9. cap. 1. quæst. 2.* Sunt tamen, qui asserant, quod bona Ecclesię alienari prohibita possunt permutari in vtilitatem Ecclesiæ, quia permutatio non fit in diminutionem patrimonij.

XXXVIII. *I beni, che non si possono alienare, sono questi, gli stabili, e i mobili preziosi, cioè le vesti Sacre, i censi ancora, o liuelli annui, anche francabili; & in somma tutte le cose fruttifere. Il denaro all'ora anch'esso è inaliena-*

bile, quando v'è obbligo d'inuestirlo in vn bene stabile.

Azorius loc. cit. quæst. 5. Et dicit hanc omnium communem esse sententiam, addens pecuniam Ecclesiæ ad rem immobilem emendam destinatam tunc esse, cum Superioris auctoritate, & Clericorum consensu ad id retinetur, & seruatur; vt si Superior Collegij adhibito Clericorum consensu hanc, aut illam pecuniariam summam reseruari decreuerit, vt ex ea res immobiles emantur.

XXXIX *Tutti questi beni anch'essi si possono alienare, pur che vi sia giusta causa di far questo. come per pagar gran somma di debiti, alla quale non si possa soddisfare con l'entrate del Monastero, per fabbricar la Chiesa, che minaccia ruina, per aggrandire il Monastero, per schifare alcun danno dell'istesso. Quando anco la cosa, che si vuol alienare rende maggior danno, ouero minore vtile. E finalmente per liberare schiaui dalle mani de gli infedeli, e per alimentare poueri in tempo di gran carestia.*

Communis. Quod vero spectat ad alendos pauperes, Monasteriorum Præpositi, aut qui vniuersalem totius Cœnobij moderationem, & administrationē susceperunt, libere ea, quæ oneribus Monasterij sustentandis necessaria non sunt, in egenos, & pauperes exponere possunt. Nam præter quam quod communi lege ad hoc teneantur, primi quoque fundatores peculiari quadam ratione illos ad hoc obstrictos voluerunt; alioqui enim tam illustribus, & opulentis censibus Cœnobia non ditassent. Attamen quod communitati difficilius, quam priuatæ personæ prospiciatur; nam & diutius viuit, & pluribus indiget, sicut multa quoque membra continet, & plura onera sustinet, & negligentius plerumque curari solet, prout quisque in proprijs, quam in communibus curandis consueuit esse vigilantior, non est ita facile indicare, quid cuique Monasterio redundet. Hoc ipsum tamen, quod absolute redundat in pauperes erogatum oportet. *Peltanus De trib. bonor. oper. generibus. lib. 1. cap. 7.*

XL. *L'Abbadesse, & altre Superiore di Monache non possono trattare, e molto meno risoluere le cose graui del Monastero, come sarebbe il fare vn'affittanza di considerazione, il componersi con debitori del Monastero, contentandosi per esempio di cinquanta, auendone da auer cento, senza il consenso delle Monache ridotte tutte Capitolarmente. Et facendo altrimente peccano mortalmente, e quanto trattano, e risoluono il tutto è come non fosse mai stato trattato, e risoluto.*

Communis. Nam licet Abbatissa habeat liberam bonorum sui Monasterij administrationem, sicut Abbas, vt docet *Abbas cap. 2. num.* 4. de his, quæ fiunt à Prælato, tamen, vt ait idem Abbas, res Monasterij disponuntur per Abbatissam, & Moniales, sicut per Abbates, & suos Religiosos. Conuentus enim, & non Abbatissa est Dominus bonorum Monasterij. Hic Venetijs per Patriarcham omnium Monialium suæ Dioe-

cesis

cessis supremum Superiorem, vtpote Sedis Apostolicæ Delegatum, sic arctata est omnium Abbatissarum, & aliarum Sanctimonialium Præfectarum facultas, vt nihil sine expressa licentia agere possint.

Potest Abbatissa dare licentiam expendendi decem ducatos, nam talis licentia potest dare Prælatus, vt docet *Corduba, Lopez, Nauar. & Io. de la Cruz* citati *à Diana Resolut.* 22. qui etiam addit cum *Sanchez*, & alijs *Doct.* posse ipsam Abbatissam concedere Monialibus licentiam habendi peculium, quando potest Superior Religionis illam concedere, & facultatem conuertendi in proprios vsus, quæ proprijs operibus acquirunt. Sed limitanda est hæc doctrina cum Sanchez, nisi ex consuetudine, aut Constitutionibus illius Religionis, aut præcepto Superioris Prælati, arctata sit eius facultas, vt dictum est.

XLI. *E' vietato à tutti i Religiosi dell'vno, e dell'altro sesso, anche a' suoi Superiori, e Prelati il far presenti, e doni, saluo che di cose minime; e ciò sotto pene grauissime, da incorrersi, non da chi li riceue, ma da chi li fà; restando però chi li riceue obbligati alla restitutione.*

Clemēs Octauus in Bulla *De largitione munerum.* & Doct. in explicatione ipsius Bullę, qui omnes saltem dubitant, an ipsa fuerit recepta, & adhuc obliget ad sui obseruationem. Vnusquisque sequatur vsum legitime præscriptum suæ Prouinciæ, vt docet *Diana loc. cit. Resolut.* 1. Hic Venetijs constat omnino non fuisse vsu receptam, & approbatam.

Idem videtur docere *Valerus de Differentijs inter vtrumque forum, verb. Munera, num.* 106. vbi sic asserit. Nota hanc constitutionem, non solum debere legi quotannis in Capitulis Monasteriorum, sed etiam esse exarandam, atque scribendam in libris quorumcumque statutorum ipsarum Religionum, quod non video obseruari, sicut nec omnes formas præscriptas, nec pœnarum inflictionem. Idem docet *Scortia in select. summ. Pont. Constitutiones. Epit.* 159. *Theorema* 399. Dum sic scribit, valde dolendum est, decretum optatum effectum minus esse consecutum, adeo vt apud multos vix extet eius memoria. Hoc docet *Homobonus, Victorellus*, & alij citati ab ipso *Diana*, cum quo, quidquid sit de vsu, & obseruantia eius, multas difficultates circa intelligentiam supradictæ Bullæ elucidabo in sequentibus Maximis, ad pacandas conscientias Monialium, & scrupulos ab ipsarum Confessarijs abigendos.

XLII. *Si proibisce ancora à gli istessi Religiosi il presentarsi l'vn l'altro, & delle cose minime, si ricerca ancora la licenza del Superiore in iscritto, ma solo per lo foro esterno. E questa proibitione procede da vna presunta causa di ambitione, doue cessando questa, cessa parimente la proibitione almeno nel foro della coscienza. E basta la licenza ottenuta vna volta per sempre.*

Valerus loc. cit. num. 83. *& seq.* Quod autem sufficiat generalis licentia, vel hinc constat, quia à iure communi non est recedendum, nisi quate-

nus ius nouum cogit, sed de iure antiquo sufficiebat licentia generalis, & tacita.

XLIII. *Puòla persona Religiosa dare cose minime, non solo da mangiare, ouero di diuozione, ma ancora di altra sorte, perchè, quando in qualche regola si eccettuano alcuni casi, per conseguenza restano parimente i casi simili eccettuati.*

Diana loc. cit. Resolut.7. dicens, quod licet Summus Pontifex in hac Bulla interdixerit munera à Religiosis dari, præterquam in casibus hic exceptis, tamen casus excepti debent extendi ad similes, in quibus eadem, vel vrgentior ratio militat. Tenet hanc opinionem etiam *Scortia*, & alij *Doct.* citati ab ipso *Diana*; quod est maxime notandum ad multos scrupulos depellendos. Res autem leues sunt in duplici differentia, vt ex *Io. à Cruce* notat *Scortia loc. cit. Epit. 158. Theorema 396.* aliæ enim sunt ita paruæ, vt nullam mereantur compensationem, vt v.g. calculus benedictus, modicus panis, & similes, & de his non loquitur Constitutio. Aliæ vero sunt æstimabiles, siue sint esculenta, & poculenta, v.g. vitulus, & quæ biduo, aut triduo consumuntur, siue res ad deuotionem pertinentes, vt tabula depicta, affabre factus æneus, aut eburneus Christus, & hæ sunt, quæ præcipit, vt solum communi nomine, & de consensu Conuentus, cum videbitur Superiori, donentur. Hoc etiam sentit dicendum de leuibus diuersi generis, vti dictũ est, eo quod quando in aliqua regula excipiuntur aliqui casus, maneant etiam excepti alij similes. Cum enim lex non possit excipere omnes casus exceptione dignos, ponit aliquos loco exempli. Secus in dissimilibus, de quibus solum intelligitur regula iuris, casus exceptus firmat regulam in non exceptis. Et si *Paulus II. in d. Extrauag. Ambitiosæ*, non intendit comprehendere Terrulas, de quibus in *cap. Terrulas 12. quæst. 2.* quanto magis Clem. VIII. non intelligit in sua Constitutione interdicere munera leuia cuiuscunque generis?

XLIV. *Si hà à notare, che nella Bolla soddetta si proibisce solo la donazione liberale, ch'è quella, che non pretende, ò presuppone ricompensa alcuna, & pertanto possono le Monache con la debita licenza far limosine a' poueri, celebrar delle solennità in onore del Signore, e de' suoi Santi spendendo in Musica, & in altro, ricompensare i seruigi riceuuti dal Medico, dall' Auuocato, ouero da altri.*

Valerus ibidem num. 89. & seq. Ex verbis ipsius Bullæ, ibi, *nisi re ipsa pro diuino cultu*, &c. & ibi, *& veris Christi pauperum indigentijs*, &c. *& Diana Resolut. 17.* qui scribit, quod quando prohibetur donare simpliciter, vel sub conditione, vel sub modo, eo ipso non prohibetur donare ob merita, quæ præcesserunt, nam donatio antidoralis, quæ dicitur remuneratoria, non est proprie, & stricte donatio, vt aperte colligitur ex *l. Attilius Regulus, ff. de donationibus*, & ratio est, quoniam qui donat,

gratis omnino, & liberaliter donat, sed remuneratoria donatio fit propter beneficium, quo aliquis bene de nobis meritus est; efficitur ergo hæc donatio de re ex gratitudinis virtute, moralique honestate debita, & hac de causa, non debet computari inter simplices donationes. Citat multos Doct. & ait, Ita communiter Iuris Consultos, & Theologos sentire.

Potest igitur Monialis cum licentia Abbatissæ, & Prælati præbere Confessario, vltra iustum stipendium assignatum, aliquid amplius, si, vt ex *Scortia*, & alijs concludit idem *Diana loc. cit. Resolut.* 17. ipse Confessarius seruiat cum magna charitate, patientia, & assiduitate. Quando enim famuli pro certo salario inseruiunt Monasterio cum magna fidelitate, his enim vltra salarium iustum potest dari aliquid amplius, quia non est proprie donatio, sed beneficij remuneratio. Sed hæc omnia, sequitur *Diana*, & similia limita, & intellige, nisi præcepto Superioris arctata sit in hoc eorum facultas, vt Mediolani, vbi non possunt Moniales, nec quid leue, & minimum dare Confessario, & si Confessarius acceptat, inhabilitatis pœna audiendi confessiones, afficitur.

An vero liceat aliquid dare proprio loci Ordinario ex causa benedictionis, vel susceptionis habitus Regularis, aut professionis Monialium, alij negãt, alij aiunt, dicentes, verba Bullæ intellexisse de muneribus pecuniarijs, ac de alijs donis tamquam pro pretio prędictarum spiritualiũ; secus si gratis aliqua dentur in remunerationem, vt probat *textus in c. 2. placuit 1. q. 2.* Ingratitudo enim ad minimum est peccatum veniale, vt probat *D. Thom. 2. 2. q. 107. art. 3.* Absit tamen credere, Papæ mentem fuisse tollere gratitudinis virtutem, maximè à personis Religiosis, eximereque Moniales ab ea obligatione, per quã cuncti tenemur exhibere nos, scilicet gratos beneficientibus nobis. *cap. Ecclesia, iuncta ibi Gl. 12. quæst. 2.* faciunt late tradita per *Nauar.* circa hanc obligationem gratitudinis, & remunerationis, *in lib. de reddit. Eccl. quæst. 1. num. 36.* Sic ex *Valero, Diana, loc. cit. Resolut. 24.* Tandem aduertendum hic est, quod, vt tradit *Scortia loc. cit. Theorema 396. ex Roder.* non possunt Religiosi facere huiusmodi remunerationes illis, à quibus ad Prælaturas, aut officia, vel promoti sunt, vel promouendi, cum id præseferat speciẽ simoniæ; si quod tamen admodũ leue munusculũ subditus promotus daret Prælato, in foro exteriori non esset censenda simonia, sed grati animi significatio, cum leuitas munusculi suspicionem euacuet simoniæ, vt colligitur *ex cap. Et si. de simonia. & Nauat. tr. De dat. & promiss.*

XLV. *Possono appresso le persone Religiose donar, non solo cose equiualenti a' meriti, ma anche eccedenti gl'istessi meriti, e beneficij, come, per esempio, se i meriti vagliono dieci darne sedeci. Ma notasi, che l'eccesso in questo conuertirebbe la donazione antidorale in liberale.*

Diana ibidem Resolut. 16. cum multis Doct. dicens cum *D. Thoma 2. 2. q.* 106.

106. *art. 6.* quod gratitudinis lex postulat, semper plus reddi, quam sit acceptum. Quare putat donationem remuneratoriam non esse contra Constitutionem Clementis, quando excedit valorem meritorum, & beneficiorum in quarta parte, vt dictum est in Maxima, & citat *Sanchez*, & alios pro hac sententia.

XLVI. *Sono leciti quei doni appresso, che si fanno a' benefattori del Monastero, & anche à quei, da' quai si spera qualche bene, poiche simili doni si danno à guadagno, & per così dire ad vsura, e più tosto ridondano in vtile, che in danno del Monastero.*

Valerus loc. cit. num. 102. qui dicit, hoc esse notandum, quia quotidianum.

XLVII. *Sotto nome di poveri nella Bolla soddetta, non si devono intendere solamente i mendichi, che vanno questuando, ne solo quei, che hanno bisogno delle cose necessarie al viuere, ma anche quegli altri, che, se bene hanno il necessario per loro vitto, nondimeno non hanno tanto, quanto basti per mantenersi secondo la conuenienza del loro stato.*

Valerus loc. cit. num. 91. Tales sunt quamplures nobiles, domicelli, & ingenui. Ita probat *text. in cap. Consideranda, & in cap. Est probanda 86. distinct. Caietan. 2. 2. quæst. 43. art. 3. Bart. in l. 1. num. 36. C. de Sacrosanct. Eccles. Nauar. lib. de Red. Eccles. quæst. 1. num. 3. & in Man. cap. 17. num. 93.*

XLVIII. *Non solo si possono far limosine picciole alle soddette persone, ma ancora le grandi, se l'entrate lo comportano; perche i beni de' Monasteri superflui, si come tutte l'altre rendite ecclesiastiche superflue, anch'esse si devono impiegare in vso de' poveri.*

Valerus loc. cit. num. 92. dicens, quod eleemosynæ, quo maiores sunt, eo, cęteris paribus, sunt magis piæ, & Deo gratiores, *cap. Non mediocriter, de consecr. dist.* 5. Tum etiam, quia si licet plures facere eleemosynas minutatim per annum, multo magis licebit eas facere simul, teste *D. Hieron.* qui scribens ad Rusticum Monachum, inquit, gratius esse Deo simul, quam minutatim omnia bona pauperibus largiri. Refert, & sequitur *Nauar. Comment. 2. de Regula. num.* 41. & idem docet *Comment. 1. num.* 30.

XLIX. *Per poveri non si devono solo intendere i sopranominati, ma appresso si possono includer tutte l'altre opere pie, che sono quelle, e sole, che appartengono al colto diuino, alla pietà, & alla misericordia.*

Valerus loc. cit. num. 95. & *D. Thoma*, & alijs, quia ea, quæ supersunt de bonis ecclesiasticis, non debentur solis pauperibus; cum etiam in fabricas, ornamenta, & id genus alia, diuino cultui congruentia, sint impertienda.

L. *E' lecito ad vna Monaca dar limosina ancora, perchè si possi maritare vna citella orfana, e povera, non solo straniera, ma molto più s'ella gli è per parentela*

rentela congiunta. Ciò molto più è lecito di fare, à fine di Monacare vna donzella, essendo la causa più fauoreuole, e più grata à Dio.

Valerus ibidem. numer. 97. qui etiam cum *Nauarr.* tenet, posse id fieri à Moniali, ad dotandam non solum omnino orphanam, & pauperem, sed etiam filiamfamilias etiam nobilem, non habentem dotem competentem, vt inueniat sibi æqualem. Huius enim etiam poterit iuuare dotem, dando bonam eleemosynam, si valeat, vt sic inuenire possit sibi æqualem. Idem dicendum videtur de viro, qui propter paupertatem, vel eo quod non habeat sufficiens patrimonium, non potest contrahere matrimonium cum sibi æquali, cum eadem sit ratio in vtrisque pietatis, & eleemosynæ.

Potest etiã Monialis, vt ait idem *Valerus*, largiri eleemosynam pro redemptione alicuius captiui, & incarcerati, etiam pro maleficio, secundum *Bald.* sicut etiam potest subuenire ei qui ea, quibus indiget non potest aliunde habere, nisi ex his, quæ habet, quæ quidem non licet, vel non decet ea vendere; vt sunt plures agricolæ, & alij, habentes possessiones vnde sustentantur, quas non licet, vel non decet eas vendere. Nam talis subuentio, etiam erit opus pium, & eleemosyna, vt tradit *Nauar.* quod est notandum contra plures creditores, qui sine vlla misericordia cogunt debitores suos vendere multo minus iusto pretio eorum possessiones. Et multo magis est notandum contra aliquos diuites habentes superflua, qui sunt immisericordes erga constitutos in aliqua necessitate, si alias habent bona, quæ vendere possint; non attendentes non semper licere, aut decere prædictos ea vendere.

II. *Ma auuerti la Religiosa, che si troua in Monastero pouero, ch'essa non può far limosine, ne anche a' parenti, perche la carità ordinata non gli lo permette, essendo ella tenuta di soccorrer prima il suo Monastero, di cui è tutto quello, ch'essa acquista, e poi gli altri bisognosi.*

Valerus ibidem num. 94. *cum Nauar.* Seruari enim debet charitatis ordo; immo iustitia seruanda est, nam plus tenetur suo Monasterio, à quo alitur, & cuius sunt omnia, quæ acquirit, vt dicitur in Maxima, quam extraneis, & etiam consanguineis.

III. *Può la Monaca lauorar di bando, per esempio, vn Corporale di gran valore, e fare altre cose simili, pur che la persona per cui vengono lauorate queste cose, sommministri tutte le spese, e l'altre cose necessarie, eccettuata la fattura, con licenza però della Superiora.*

Valerus loc. cit. num. 66. qui affert rationem huius Maximæ, dicens, quod Monialis laborat super re aliena, & sic cedit labor domino rei, instar ædificantis scienter in solo alieno sua materia. *Diana loc. cit. Resolut.* 6. qui eamdem Maximam sic probat, quod Clemens Octauus in Bulla prohibet tantum largitionem munerum de pecunijs, vel alijs rebus iam Monasterio acquisitis, & decernit esse faciendam restitutionem de

mune-

munetibus, contra hanc Constitutionem factis; sed cum restitutio supponat ablationem, & in casu, de quo agimus, nulla fiat ablatio pretij illius rei, quæ gratis efficitur, cum numquam datum fuerit, nec debeatur. Ergo de hoc genere liberalitatis, & muneris non intellexit Pontifex in sua Bulla aliquid prohibere.

LIII. *Dando la Monaca senza licenza della Superiora in dono duoi scudi d'oro, non incorre nelle pene della Constituzione di Clemente Ottauo, se bene pecca di peccato di furto.*

Diana ibidem Resolut. 5. qui refert multos Doct. pro Maxima. Et insuper testatur ita vocis oraculo declarasse *Clem. ipsum VIII. Claudio Aquauiua Generali Societ. Jesu*, & se habuisse à Patribus dictæ Societatis transumptum Epistolæ supradicti Generalis.

Furtum autem supradictum peccatum mortale est, quod etiam fatentur *Doct.* qui nimis laxam hac de re tuentur opinionem. Quænam autem quantitas requiratur, vt ea sine licentia Superioris vsurpata à Religioso, ad peccatum mortale deueniatur, alij dicunt, eam quantitatem necessariam esse, & sufficere, quæ necessaria est, & sufficit in sæcularibus ad constituendam materiam peccati mortalis furti; alij vero docent, quantitatem duorum argenteorum non esse sufficientem ad peccatum mortale, sed dicendum cum *Miranda in Man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 28. *art.* 17. *conclus.* 2. quantitatem notabilem in furtis Religiosorum determinandam esse in particulari, pro temporum, locorum, Religionum, personarum, & aliarum circunstantiarum differentia, iudicio, & arbitrio boni viri.

An vero Religiosus sine licentia Prælati sumens de bonis Monasterijs vsu consumptibilibus, pertinentibus, s. ad cibum, & potum, furti peccato se obstringat, & per consequens violet paupertatis votū, dicendum, regulariter non videri peccatum mortale, nisi damnificatio Religionis esset nimia, & in re extraordinaria, & pretiosiore; extra enim huiusmodi casum, res huiusmodi reputantur leuioris conditionis, & quamuis Prælatis hoc displiceat, non tamen ita sunt inuoluntarij, vt illam reputent materiam grauem, in ordine ad paupertatem, & per consequens ad furtum mortale, sed solum in ordine ad decentiam, & perfectionem Religionis. Sic ex *Suarez, Diana, loc. cit. Resolut.* 30.

Hic etiam addit cum eodem *Suarez*, quod Religiosi, quoad vsum huiusmodi rerum tractantur, vt filij, inter parentem autem, & filium non censetur similis actio grauis, secus vero esset, si huiusmodi res in magna quantitate acciperētur, & occulte retentæ, paullatim consumerentur; nam illud esse posset graue peccatum, quamuis ad id discernendum in particulari magna prudentia necessaria sit. *Tannerus in* 2.2. *disp.* 7. *q.* 3. *dub.* 4. *nu.* 106. insuper asserit, quod nulla etiam Prælati seueritas eiusmodi acceptiones, quoad substātiā rei acceptæ, iniquas reddere potest.

Sanchez

Sanchez vero loc. cit. ca. 19. nu. 53. cum Lessio, Nauar. & Sayro, dicit esse contra paupertatis votum, aliquid etiam de his comestibilibus Conuentus in vsum communem destinatis, absque Superioris licentia vsurpare; concludens, se nullam inter hæc comestibilia, & alia differentiam in hoc inuenire, nisi facilius posse in his comestibilibus licentiam Superioris præsumi. At ea non rationabiliter præsumpta, est contra votũ paupertatis, ea siue ex proprio Conuentu, siue à proprijs domesticis, siue à quibuscumque externis accipere. Quod tenendum est, maxime quando Religio præ paupertate, aut alia ratione quid determinatum solum dat Religiosis; tunc enim perinde est inuitus Superior, quo ad hęc comestibilia, sicut quo ad reliqua, quare, vt ait idem *Sanchez cap. 21. nu. 34.* quando accipiens paullatim perueniret ad notabilem quantitatem in alijs furtis sufficientem ad mortale, peccaret mortaliter, quia est omnino, & iuste inuitus Superior, sicut in alijs furtis, quæ docttina notanda est à Confessarijs Monialium, & in omnibus amplectenda, maxime quando ipsæ Moniales habent peculium, & Abbatissa aperte dicit, se esse inuitam omnino in furtiua harum rerum comestibilium receptione.

XIV. *Possono le persone Religiose liberamente donare ad altri quello, che co'l viuer parcamente fanno, che gli sopravanza dell'annue rendite, che per loro vso gli sono state da' Superiori concesse. E questa Massima tanto più s'hà ad abbracciare, quanto più porge occasione a' Religiosi di viuere assegnatamente, e con risparmio da veri Religiosi.*

Diana ibidem Resolut. 19. cum Valero, & alijs. Ratio, quia Religiosus iste nullum damnum infert Monasterio, vt patet, sed genio suo, & ventri, & condecentiæ suæ personæ, cui hæc detrahit, & parce viuendo aufert. Tenent etiam hanc Maximam multi viri docti de hac re ab ipso Patre Diana consulti ex Societate Iesu, & ex sua Religione.

XV. *Non pecca contra il voto di pouertà quel Religioso, che senza far motto a' Superiori, de' denari riceuuti da' parenti, o da' suoi diuoti, compra libri, o altro per suo vso, pur che tenga il tutto in luogo aperto, & in palese à tutti. La ragion' è, perche tutto quello, che si possiede in questo modo da' Religiosi, si sottopone alla libera volontà de' Superiori.*

Diana loc. cit. Resolut. 26. cum alijs Doct. & nouissime *Homobonus* tenet hanc sententiam in terminis Bullæ *Clem. VIII. in Exam. Eccl. p. 1. tr. 7. c. 32. q. 130.* ac etiam in ordine ad peccatum proprietatis.

XVI. *Non sono compresi in questa Constituzione i Nouizi, perche essi non si dimandano propriamente religiosi. Sarebbero ben compresi, se fussero Nouizi in vna Religione, essendo stati prima professi in vn'altra.*

Filliucius Tom. 2. tr. 34. par. 1. cap. 3. num. 60. quod etiam asserit de Religiosis ob vota facta post biennium, vt in Societate Iesu. Nouitius autem secundum quid comprehenditur, vt qui iam esset professus in vna

E Reli-

Religione, & transiret ad aliam, vt in Maxima dictum est.

LVII. Può la persona Religiosa, se bene non hà licenza dal suo Superiore, donar la sua pitanzia, senza contrauenire al voto di pouertà, & alla Constituzione; perchè in quelle cose, che si consumano con vn'atto solo, non si può separar l'vso dal dominio, & à chi si concede vno di questi, si concede l'vno, e l'altro insieme. Ma auuertasi, che non si potrebbe far questo, se il Superiore per causa ragioneuole, ò per schifar l'eccesso, ouero per la pouertà del Monastero, auesse comandato il contrario.

Diana loc. cit. Resolut. 28. qui affert etiam negantem sententiam docentes, dum asserunt, vsum posse separari à dominio contra id, quod dictum est in Maxima. Quæ Maxima limitanda, & intelligenda est, non in ordine ad pitantiam, quæ non conceditur Religioso cum taxa, & limite, vt est panis, & vinum, &c. sed in ordine ad pitantiam, quæ limitata præbetur, vt est caro, oua, &c. Hanc Maximam ita explicatam, preter Doct. quos citat, tãquam probabilem illam etiam admittere multos viros doctos, de hac re à se consultos testatur ipse *Diana*, non solum in sua Religione, sed etiam ex Societate Iesu, & Dominicanorum familia. Vnde valde miratur, falsam ab aliquibus fuisse nominatam.

LVIII. Non pecca contra il voto di pouertà quella Monaca, ne contra la Bolla, se senza licenza della Superiora riceue qualche somma di denaro, per disponerne d'esso liberamente, in far limosine in nome di colui, che gli l'hà dato. La ragion' è, perchè questa tal persona non riceue il dominio di quel denaro, ma solo lo riceue in nome d'altri, cioè di chi gli lo dà, per darlo a' poueri.

Diana loc. cit. Resolut. 29. qui hanc sententiam contra illos, qui contrariam tenent tuetur, & probabiliorem iudicat, quam docent etiam multi viri docti Religionis suæ, & Societatis Iesu; & ratio est, quia votum paupertatis obligat Religiosum, ne acceptet dominium, & proprietatem alicuius rei inscio Superiore; sed in nostra Maxima iste Religiosus non accepit dominium illarum pecuniarum, sed tantum accepit illas nomine alieno, nempe tradentis, vt det pauperibus. Nec est dicendum, donantem non posse reuocare illam concessionem, post acceptationem factam à Religioso, nam dominium illarum pecuniarum semper remansit apud ipsum, neque vmquam habuit animum donandi Religioso, sed meram distributionem illi commisit.

LIX. La Monaca, che non accetta vna cosa per se in dono, ma prega solo, che questa si doni à qualche suo amico, ò parente, non pecca essa contra il voto della pouertà Religiosa, ne meno contra la Bolla soddetta.

Diana loc. cit. Resolut. 8. cum multis Doct. Et ratio est clara, & manifesta, quia Religiosus tunc peccat contra paupertatem, quando disponit de aliqua re sua, vel Religionis sine consensu, & facultate Superioris, sed in casu proposito hoc non accidit, vt constat, ex ipsa proposita specie facti, nam solũ petit Religiosus à sæculari, vt rem aliquam donet alteri, de

ri, de qua re ipse Religiosus non acceptat, neque tacite, neque expresse vllum dominium,& potest ipse sæcularis semper, si velit, non dare, ergo &c. Ita etiam sensisse multos viros doctos ex sua Religione, & Societatis Iesu à se de hac re consultos testatur ipse *Diana*.

LX. *La Monaca, à cui da' suoi parenti vien data vna gran quantità di denari da dispensare à suo beneplacito, non pecca à spensandoli, purchè il dominio di questi denari resti presso d'essi suoi parenti.*

Diana loc. cit. Resolut. 10. *ex Sosa in explicat. huius Bullæ*, qui ait, ex hac sententia Confessarios principium satis amplum habere, ad tollendos scrupulos, & ad adhibenda multa remedia in casibus occurrentibus; nam si Monialis, vel Religiosus de illis pecunijs, seu donis non recipiat dominium, sed illud apud dantem consanguineum, seu amicum relinquat, tunc potest sine vllo scrupulo de illis rebus disponere in personam Cõfessarij, vel alterius personæ; se haberet enim in hoc casu tamquam minister consanguinei, vel amici, cuius est pecunia. Sed hæc opinio, cum loquatur de vsu absoluto pecuniæ, videtur aliquibus, & etiam ipsi Patri Dianæ nimis laxa, & contra perfectionem Religiosæ paupertatis, secus si loquatur de vsu determinato ad eleemosynam, vt dictum est in Maxima LVIII.

LXI. *Se si dasse caso, nel quale potesse vna persona Religiosa far donatiui, senza dissipare i beni del Monastero, ne porgere occasione d'ambizione, non caderebbe questa tale nelle pene della Bolla, essendo stato il suo fine, il leuar via l'occasione dell'ambizione, & della dissipazione de' beni del Monastero.*

Diana loc. cit. Resolut. 33. *ex Granado, & ex Megala*, & satis quidem probabiliter, nam quando cessat finis adæquatus legis in particulari, cessat obligatio legis, quidquid in contrarium nonnulli asserant.

LXII. *Può la Religiosa senza peccato prestare à qualche altra Religiosa professa dell'istesso Monastero, alcuna di quelle cose, che gli sono state destinate à suo proprio vso, quando essa è sicura della restituzione, e conseruazion di quelle.*

Diana loc. cit. Resolut. 37. *& Sanchez, & Llamas in Met. p.* 3. *cap.* 9. §. 12. affert huius sententiæ rationem, quia dans vsum voluntarie præbet, quem habebat concessum, dominium vero Monasterium non amittit, cum ad idem reuertatur res quo ad dominium, ex hoc, vel illo, quoniam ambo sunt in illo professi, igitur nulli iniuria fit, nisi saltem Prælato, si sine eius licentia fiat; hæc autem non esset iniustitia, sed inobedientia, & semper venialis, nisi adesset contemptus. Qui etiam addit, hanc doctrinam tenere quoad omnes Religiones quæ facultates habẽt in communi, quæ omnes sunt, dempta vna Franciscanorum de Obseruantia, & Capuccinorum. Descendens postea in particulari, ait idem *Llamas*, posse supradictos Religiosos dare inuicem tunicam, caligas, calceos, & etiam cucullam ad vsum, dummodo dans prouisus de sufficienti remaneat, omnino voto paupertatis seruato. Hoc tamen intelligi

debet, quãdo illi, quib. dãtur hæc, professionẽ emiserint, vt in Maxima. Magis etiã ample loquitur in hac re *Petr. de Ledesm.* citatus ab ipso *Diana*, extendens etiam hoc, si Religiosus commodaret, & mutuo daret pecunias. Et ita etiam hanc sententiam docent multi viri docti, ex Religione Clericorum Regularium, & Societate Iesu, vt testatur ipse *Diana*, vnde ait, immerito aliquos hanc opinionem falsam his diebus putasse, quam nouissime, tamquam probabilem tenet, & docet *Petrinus de Relig. subdit. to. 1. cap. 2. quæst. 2. §. 5.*

LXIII. *Può la Monaca cambiar qual cosa anche con secolari, pur chè il Monastero non ne patisca danno da questo cambio, e credi che la Superiora se ne contenti, quanto alla cosa stessa, se bene non quanto al modo.*

Diana loc. cit. Resolut. 38. ex multis, ratio, quia talis permutatio videtur parua materia, quæ non habet propriam distractionis, aut consumptionis rationem, & adest interpretatiua Superioris licentia. *Sanchez* etiam *loc. cit. cap. 19. num. 67.* cui dura videtur hæc sententia, concedit tamen, aliquando reputari posse paruam materiam, & hac quoque ratione non esse culpam lethalem.

LXIV. *Non fà contra il voto di pouertà quella Monaca, che riceue qualche cosa senza licenza della Superiora, auendo però essa intenzione di dimandarla, prima ch'essa si serua di quella tal cosa, pur ch'essa facci, che il dominio, e l'amministrazione di questa resti presso di chi gli la dà, tenendola essa solo in deposito, fino che dimandi la licenza alla Superiora.*

Diana loc. cit. Resolut. 42. *& Sanchez*, quia sic Religiosus, nec dominium, nec vsum, nec administrationem illius rei habet, ergo non peccabit contra votum paupertatis; qui etiam ait, quod si talis Religiosus absolute recipit, verbi gratia pecuniam, sed ad breue tempus retinet, vt quia expectatur nouus Prælatus, vel scribat statim Generali, vel Prouinciali pro licentia, peccabit tantum venialiter, quæ quidem sunt adnotanda, quia multum practicabilia.

LXV. *Non può la persona Religiosa, ne validamente, ne lecitamente testare, ò disporre in morte di cosa alcuna immaginabile, se però non hà la legitima facoltà, e licenza. La ragion'è, perche il far testamento è vso proprietario, adunque inlecito.*

Suarez loc. cit. cap. 16. num. 1. & est communis. Id declaratum est *Auth. Ingressi Cod. de Sacrosanct. Eccles.* canonizata est per Gregorium Papam *in c. quia ingredientibus. 19. quæst. 3.* Hæc licentia solum à Summo Pontifice concedi potest. Nec ideo dicendum est, Pontificem tunc dispensare in habenda proprietate cum Monacho, eo quod det illi facultatem condendi testamentum, sicut non dispensat in proprietate, eo quod det illi facultatem donandi inter viuos.

LXVI. *Non è però cosa danneuole, se qualche Monaca ammalata facesse vn memoriale, ouero dicesse à bocca alla Superiora, ch'essa desiderarebbe, che dopo*

la sua morte fossero dispensate alcune cose a' suoi pareti, ouero ad altre persone, allequai si conosceße esicre obbligata per la seruitù fattagli; purchè lei nō faceßi questo con intenzione, che quel memoriale aueße forza di dispositione obbligatoria, ma solo d'intercessoria.

Seruatius loc. cit. Spec. 44. Instruct. 16. ex Nauarra. Nec peccat Superior adimplendo hoc memoriale precatorium; quia id quod facit non acquirit vires ex illa petitione, vel spe, quam illi ægroto Religioso potuit dare, sed ex mera sua liberalitate, ex qua mere pendet largitio illorum bonorum, & quam mere liberaliter in petitos vsus, cum possit in alios pios, vel suos proprios, conuertit.

Moniales Sanctæ Luciæ consueuerunt in mortis articulo omnia, quæ eis ad vsum destinata sunt in Præfectæ manibus tradere, quæ post ipsarum obitum omnia hæc inter Moniales, pro vt vult, dispensat. Quam consuetudinem deberent omnes, qui paupertatem vouerunt, sequi, ne aliter faciendo, exhiberent aliquod proprietatis indicium, aut alicuius talis perpetuitatis.

XXVII. *Non è proprietaria quella Monaca, che hà nel suo peculio, ò deposito qualche cosa di superfluo, se però l'hà con la legittima licenza; non poßedendo essa quella tal cosa à nome suo proprio, ma dipendentemente dalla volontà della Superiora, ed è sempre pronta, come si suppone, à lasciarla.*

Suarez loc. cit. cap. 12. num. 10. & seq. Ratio, quia nihil aliud requiritur ad excusandam proprietatem, vt constat ex vi vocis, & ex omnibus auctoribus, quos citat ipse *Suarez*, præsertim *Panormitano, in cap. quando, de offic. ordin. cap. Ioannes, de Regularibus, & cap. cum ad Monasterium, de statu Monachorum.* Fatetur tamen ipse *Suarez*, huiusmodi superfluitatem, vel abundantiam esse alienam ab statu Religioso, & hac ratione pertinere potius ad sæcularem vitam, non tamen concedit, inde posse inferri peccatum mortale, si alioqui non est contra votum, neque contra aliquod speciale præceptum, sed tantum esse imperfectionem magnam, aut peccatum veniale, propter indecentiam status.

XXVIII. *Non si deue dire, che la Monaca, che tiene il superfluo, pecchi mortalmente, precisamente per l'obbligazione generale del voto della pouertà; essendo che lei non promette per questo voto di non auer cosa alcuna di superfluo, ma solo di non auer di proprio, ne per modo di proprio, cioè, non vsurpa: si l'vso, ouero l'amministrazione senza la debita licenza.*

Suarez loc. cit. num. 13. qui existimat, sæpe esse posse peccatum mortale in hac superfluitate ratione scandali, quod vergit in magnum nocumentum, & dissipationem Religionis. Item ratione cooperationis, vel inductionis Superioris ad concedendam talem licentiam, in quo ipse per se etiam loquendo, grauiter peccat, si excessus nimius sit, quia infideliter agit, & iniuste, vel contra legalem iustitiam, & contra commune bonum, vel contra distributiuam inæqualiter dispensando res com-

communes, vel contra commutatiuam, abutendo sua potestate.

At vero, si quis vel ex speciali intentione, vel ex particulari regula, iuxta quam paupertatem vouet, obligetur ad specialem carentiam rerum superfluarum; tunc si votum est absolutum, & non includit conditionem hanc, sine licentia Superioris, non excusabitur à transgressione voti propter iniustam licentiam, etiamsi excusetur à peccato proprietatis; Ita *Suarez, in formula professionis Monialium* communiter sic habetur, *voueo viuere sine proprio vsque ad mortem*.

LXIX. *Nelle Monache cessano questi rispetti, come chiaramente si vede, poiche vgualmente tutte esse portano la loro cassa fornita di tutte quelle cose, che gli sono necessarie per l'vso di tutta la loro vita; e perciò non peccano, non essendo questo tenere il superfluo, perchè se bene al presente non gli bisogna, tuttauia però per l'auuenire sicuramente gli sarà necessario.*

Thomas à Iesu Maria loc. cit. p. 4. cap. 7. Vbi etiam scribit, quod duobus modis superfluæ opes dicuntur, vno modo, si sint superfluæ naturæ, non tamen statui, siue personæ, quales sunt illæ, sine quibus viuere potest quis, si tantum naturalem necessitatem attenderet, non tamen statum. Secũdo, superfluum dicitur respectu personæ, quod non solum respectu naturæ, sed etiam status personæ superfluit. Et hoc est proprie superfluum, cum id, neque ad vitam, neque ad decentiam status religiosorum sit necessarium, quare superfluum pensandum est ex omnibus circunstantijs Religionis, personæ, loci, temporis, officij &c. Sciendum præterea est, ait idem Thomas, necessitatem naturæ, vel status non esse accipiendam mathematice, sed moraliter, secundum arbitrium viri pij, & prudentis.

LXX. *Il superfluo, che sourabbonda al proprio stato, questo solo fà, che la persona religiosa pecchi mortalmente, poichè si tiene per cosa pericolosa ancora ne' secolari il tener le ricchezze superflue, cioè quelle, che sourabbondano alla loro conditione.*

Thomas à Iesu loc. cit. cap. 8. ex D. Thoma, Alberto, Richardo, Paludano, & alijs *in 4. sent. dist. 15.* quo etiam loco *S. Thom. quæst. 2. artic. 1. quæstiuncula* 4. scribit, hanc esse communem Theologorum sententiam, quod probat 1. ex illo loco *Matth. 6. Nemo potest duobus Dominis seruire; non potestis Deo seruire, & Mammonæ*. Seruire autem Mammonæ nihil aliud est, vt ibi testantur *Chrysost. & Hieronymus*, quam superuacaneas diuitias, otiosas pecunias, aut vestes, aut alia huius generis cõgregare. Similiter *Luc. 3.* dicitur, *qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas similiter faciat*; quo loco per duas tunicas, aut escas aperte, quod superfluum est significatur. Quæ Scripturæ loca potiori iure illis Religiosis conuenire debent, qui vltra necessaria, superflua retinent, & maxime in illis Religionibus, vbi alij Religiosi egestate premuntur. Hi igitur à fortiori, quam sæculi diuites Patrum testimonijs damnãtur;

contra

contra quos adduci potest illud *Basil. in orat.* super illa verba, *destruam horrea mea*, &c. Est panis, inquit, famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quam in conclaui conseruas, discalceati calceus, qui apud te marcescit, indigentis argentum, quod possides inhumatum. Quocirca tot pauperibus iniuriam facis, quot dare valeres. *D. Hieron. vt sup.* si plus, inquit, habes quam tibi ad victum, vestitumque necessarium est, illud eroga, & in illo debitricem te esse noueris; & apud *Gratianum distin.* 42. *Can. Hospitale*, idem *Hieronymus* ait, Aliena rapere conuincitur, qui vltra sibi necessaria retinere probatur. *S. Aug. in Ps.* 147. superflua, inquit, diuiti, necessaria sunt pauperi; aliena retinet, qui ista tenet. Quod si hæc Patres, & plurima alia, quæ ob breuitatem omittuntur, contra diuites sęculares scripserunt; quæ in plerosque Religiosos nostri temporis plus quam sæculi diuites abundantes proclamarent?

Libet hic apponere, quæ Patres in suis Regulis circa id præcepere. *D. Benedict. in sua Reg. cap.* 55. vetat superfluitatem dicens, Accipientes noua vestimenta, vetera semper reddant in præsenti deponenda, sufficit enim Monacho duas tunicas, duas cucullas habere, propter noctes, & ad lauandas ipsas, iam quod supra fuerit, est superfluum, & amputari debet; & quodcumque est vetustum reddant, cum accipiunt nouum. *D. Hieron. in Regul. Monachorum cap.* 2. Certè, inquit, non tunicam, nisi quæ ex necessitate portatur, non caligam, neque aliud minimum quodque. Et in eadem *Reg. cap.* 3. nõ retineatur aliquid, quantumcunque minimum vltra ea, quæ ex necessitate portantur. *Et infra*, si quæ vero supersunt, vno claudantur loco. *D. Basil. in quæst. fusius explicans quæst.* 22. *de Religiosorum vestibus tractans*, duplicatas eis habere non permittit; *&* *in Regul. breuioribus interrog.* 70. agens de supellectili Religiosorum, ait, vsus enim mensura est ineuitabilis necessitas vtendi, *Et interrog.* 90. prohibet duplicatarum vestium vsum; *D. August. in sua Regula*, Non sit, ait, notabilis habitus vester; id est pretiosus. Et ex D. Francisco satis constat strictissimum tantum vsum rerum fratribus suis concessisse. Attendat ergo vnusquisque suæ professionis limites, parsimoniamque sectetur in omnibus, nec vane se extollat; delitias in paupertate, vitæque austeritate quærens.

LXXI. *Fanno ottimamente quelle Monache, che auendo vestiti, ed altre cose simili in abbondanza; souuengono a' bisogni delle pouere sorelle; poiche in questo modo restano sicure in coscienza, impiegando il superfluo in aiutare il suo prossimo, che vede ritrouarsi in necessità.*

Sanchez loc. cit. cap 22. *num.* 18. dicens, quod hac superfluitatis culpa liberari valent Religiosi amplissimos redditus habentes, quando pars illorum redditiuum expenditur in conuentus bonum, & Religiosorum pauperum, aut aliorum pauperum eleemosynas; alia autem in licitos ipsorum vsus; qui etiam addit, quod si causæ excusantes à peccato, cir-

ca superflua non concurrant, si ipsi Religiosi sunt in bona fide, nec de hoc rogant Confessarium, nec spes est fore, vt admonitio prosit, potest Confessarius tacere, ac ipsos absoluere, dummodo bona ex Superioris licentia expendant.

LXXII. *E' cosa lecita, e giusta insieme il concedere ad alcune Monache, che hanno acquistato al Monastero molti comodi con la loro industria, ouero che hanno portato in quello molti beni, più cose, per istituir con l'auanzo mansionarie, far limosine, ed altre opere pie.*

Sanchez loc. cit. cap. 19. nu. 37. ex Nauar. & Lopez. Vt vel sic ceteræ animosiores euadant ad similia bona acquirenda.

LXXIII. *Le cose preziose si deuono fuggire dalle Monache, poiche sono più da mondane, che da pouere religiose. E pecca tanto la Superiora concedendole, quanto la suddita tenendole.*

Laymann lib. 4. Theolog. mor. Tract. 5. cap. 7. num. 14. Et est communis. Sed aduertendum cum *Nauar. com. 4. de Regularib. num. 27.* quod id intelligi debet, quando notabilis est excessus in vestibus, nec non & in cibo, & potibus, equitaturis, & lectisternijs, &c. vbi etiam narrat de quodam Canonico Regulari Salmanticæ, cui interroganti, an liceat sibi se vestire panno laneo pretioso, qui appellatur ibi *Lontray*, & in Italia *Monachino*, & in Galijs *Oultre fin*, qualis item curiosus, & nouus, qui vocatur *Rascia*, responsum fuit, licere quidem se vestire Lontray mediocris ordinis, non tamen superioris, vel valde fulgidi, quamuis modestius faciat, si alio inferiori vteretur. Tenet etiam idem *Nauar. loc. ci. com. 3. num. 34.* quod antiqua consuetudo, quæ sine scandalo eradicari non potest, tolerari potest à Superioribus in suis Religionibus, & id etiam sine violatione Concilij.

LXXIV. *Si possono nondimeno iscusar dal peccato le Monache, che tengono nelle loro celle quadri indorati, argenti per l'Oratorio, ed altre cose simili, quando però si è relassata la Regola; e la pouertà in questo modo viene intesa, ed è di già preualuta la consuetudine.*

Ex eodem Nauar. vbi supra. Vbi dicit, prohiberi notabilem excessum, & quod cetera tolerari possunt.

LXXV. *Tanto più la Massima sopradetta è vera, quanto più è vero, ch'esse viuono sotto buona fede, e sono pronte à relassare il tutto ad ogni cenno de' Superiori.*

Attestor ego de Monialib. S. Luciæ, quod omnia hæc pretiosa libētissime diuino cultui emancipant, & aliquæ ex ipsis, etiam inuitæ, ista in cellis suis retinent, vt morem gerant Confessario, qui ad vitandam confusionem, & scandala hoc ipsis in virtute obedientiæ præcipit.

LXXVI. *Non così facilmente condanna le Monache in questo particolare, chi pensa solo alla loro perpetua clausura. E assai (considerato però lo stato presente de' Monasteri di Monache) che sieno esse Monache apparecchiate, e pronte à*

te à lasciare ogni peculio, & incorporar qual si voglia altra cosa co'l Monastero, ogni volta, che il Superiore volesse riformarlo, o la Superiora se ne volesse seruire in altro modo.

Id videtur innuere *Nauar. loc. cit. num. 3.* dicens, quod qui nimis emungit, elicit sanguinem. Et postea hæc sufficere ad iustificandas Moniales quis non videt, & fatetur? Potest igitur sustineri supradicta Maxima, & dicere cum *Nauar. loc. cit. num. 32.* prædictum statum non esse iudicandum reprobum, donec per Superiores reformetur, & ad originariam obseruantiam reducatur.

LXXVII. *Può la Monaca Nouizia per via di testamento, o di donazione, o di qual si voglia altra disposizione disponer liberamente delle cose sue, secondo la sua volontà; con l'osseruar però alcune solennità prescritte dal Concilio di Trento, non douendo auere effetto alcuna di queste donazioni, o disposizioni, se non fatta la professione.*

Suarez ex Concil. Trid. loc. cit. sess. 25. cap. 16. Sanchez item loc. cit. cap. 5. num. 64. vbi recitat duas solemnitates requisitas in eo decreto Concilij in renuntiationibus, & donationibus Nouitiorum, vt validæ sint. Prior est, vt fiat cum licentia Episcopi, seu eius Vicarij. Posterior, vt fiat intra duos menses professioni proximos; & simul affert rationem, vt maiori scilicet cum deliberatione, ac libertate renuntiatio, & donatio fiant; quippe iam elapsus est decimus mensis post ingressum in nouitiatum, quod sufficiens tempus est ad deliberandum, an expediat renuntiare, nec ne.

Notandum est tamen, Concilium non prohibere, quando intercedit mors naturalis, quamcunque donationem à Nouitio factam, saltem causa mortis, sicut nec prohibet per illud Decretum, quin possit ipse Nouitius ante professionem, quando ei libuerit, testamentum condere. Ratio, quia in his casibus omnino cessat ratio Concilij; non enim ob eam causam, vel minimum minuitur libertas in professione facienda, vel omittenda.

LXXVIII. *Non hà obbligazione alcuna circa la pouertà religiosa, la Nouizia, come s'è tocco nella Massima LVI. non auendo essa ancora fatto voto di quella. E' ben vero, che potrebbe peccar, non già contra la pouertà, ma bene contra la giustizia, con l'obbligo di restituzione, vsurpandosi i beni della Religione.*

Suarez loc. cit. lib. 5. cap. 16. num. 5. qui distinguit de bonis Religionis, & de bonis ipsius Nouitij, quæ secum attulit, vel quouis modo retinet. Circa priora tenetur ipse Nouitius talium bonorum dominium non vsurpare, quia sua non sunt; circa vero alia bona propria ipsius Nouitij, regula generalis sit, æque posse Nouitium talia bona habere, aut de illis disponere, ac antea poterat. Et hinc etiam sequitur, licite, & valide posse Nouitium de nouo acquirere, dummodo acquisitio non

fiat per actiones, vel negotiationes sæculares, vel statui Religionis, in qua reperitur repugnantes.

LXXIX. *Si può per comune uso, e consuetudine della Chiesa riceuer ne' Monasteri di Monache qualche cosa, sotto nome di dote, precedendo ancora di ciò il patto, senza pericolo d'incorrer nella simonia; non riceuendosi quella tal cosa, come prezzo della professione, ouero della Religione; ma solo per lo sostentamento, e per gli alimenti della Monaca, che professa in quella Religione.*

Suarez loc. cit. cap. 9. num. 15. vbi ait, quod ita intelligendus est textus *cap. quoniam, de simonia*; consuetudo enim est optima legum interpres, & textus ipse expresse loquitur de pretio; hic autem re vera pretium non interuenit, sed sustentatio. Sic Sacerdos dicturus Sacrum, qui aliquid in sustentationem recipit, nec simoniacus est, nec pretium accipit.

Notandum tamen hic est, Sacram Congreg. declarasse, quod si puella Monasterium ingressa animo monachandi, sed paupertate oppressa, dotem promissam soluere non poterit, non esse expellendam, eo quia dotem in conditionem necessariam ponere non debemus. Ita Mosconius loco infracitando.

LXXX. *Si come nel matrimonio, se ben' egli è Sacramento, tuttauolta per essere anche contratto vmano, si può far patto della dote, per poter portar con quella i pesi, & incommodi d'esso matrimonio; così parimente si può far l'istesso nella professione religiosa; poich'essa, se bene è vna oblazione spirituale fatta à Dio, essa è insieme vn certo contratto celebrato tra la Religione, e la Religiosa, co'l mezzo del quale la Religiosa si dà alla Religione, & la Religione si obbliga à sostentarla.*

Suarez Tom. 1. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 6. qui etiam *num.* 18. concludit cum communi sententia non esse prohibitum iure Canonico in vero casu necessitatis aliquid recipere, & de illo paciscì, explicando illud esse ad necessariam sustentationem, vt dictum est in Maxima. Et licet hoc esse prohibitum iure Canonico, certe consuetudo fuisset sufficiens ad derogandum illi. Et est laudabilis hæc consuetudo, quia necessitati animarum, & Monasteriorum egentium per illam subuenitur; alias, vel hæc Monasteria grauanda essent, vel multæ Virgines priuandæ remedio, & religioso statu.

Respondet etiam idem *Suarez* obijcientibus iura prohibentia, ne in Monasterio recipiantur plures personæ, quam ex redditibus Monasterij possint sustentari, vt patet ex *cap. vnico. §. 1. vestræ regul. in 6. & in Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de Reform. regul.* dicens, ipsum Concilium Tridentinum, vel ampliasse, vel declarasse illam legem, dum addit, vel ex redditibus proprijs, vel ex consuetis eleemosynis, nam sub his eleemosynis comprehendi possunt dotes, quas secum afferunt Moniales, cum recipiuntur.

Hæc

Hæc autem non ita facile applicari posse, sequitur *Suarez*, ad prandia, distributiones, seu propinas, & alia dona, quæ à Monialibus exiguntur, & quasi vt extorquentur; nam hæc videntur reprobata valde in illis Iuribus, præsertim in *C. audiuimus, cap. quoniam, cap. tua nos*, & maxime *in Extrauag. cap. ad Apostolicam*. Quapropter in his moderatio adhibenda esset, vt saltem si propter consuetudinem recipiuntur, non negarentur spiritualia, nisi illa darentur, sed seruaretur modus petendi illa præscriptus *in d. cap. ad Apostolicam*. Sed si qui excessus in hac committuntur, non sunt contra ius diuinum, & consuetudine tolerari possunt, præsertim quia possunt aliquo modo ad necessariam sustentationem reduci.

LXXXI. *La scommunica di Urbano Quarto, fulminata contra i simoniaci nell'ingresso della Religione, non s'incorre dalle Monache, per la dote, che riceuono, se bene v'interuiene il patto; ne anche per l'altre cose, che danno, o che riceuono nell'ingresso, nel vestire, e nella professione.*

Suarez Tomo quinto, de Censuris dispuiatio. 22. *sectio.* 5. *numero* 14. dicens, quod dispositio huius *Extrauagant.* non habet locum in receptione Monialium, quoad censuras, etiamsi contingat in debito modo fieri. Refert enim *Antoninus* 3. *par. tit.* 24. *capit.* 67. se audiuisse à fide dignis, Martinum Quintum dixisse, se nolle, vt Moniales incurrant aliquam censuram propter ea, quæ pro ingressu dant, vel recipiunt, quod etiam ait *Felinus in cap. quoniam, de simonia*. Et *Nauar.* citatus ab ipso *Suarez* refert, Innocentium Octauum declarasse, Moniales non incurrere hanc censuram, nisi ob receptionem cum pacto, aut alicuius non idoneæ ob largitionem. Clementem autem Septimum concessisse, vt Moniales nullam simoniæ pœnam incurrerent propter pacta, & conuentiones, circa dotes Monialium, in commodum earum victum, ex *Compendio Priuilegiorum, verbo Moniales, numero vltimo*.

Sed difficultas oritur, an quando acceptantur Moniales intra numerum, possit pactum de dote intercedere inter ipsas, & Monasterium; & concludi videtur, quod non. Sed tamen cum consuetudo videatur in contrarium, quod certæ dotes soluantur indistinctè, dicendum cum *Moscomio, de maiest. milit. Eccl. lib.* 1. *p.* 4. *cap.* 4. licere, licet Monasterium possit illas alere. Qui etiam addit, se vidisse, quod pauperiores Moniales minorem eleemosynam, quam ditiores petunt, & recipiunt. Concludendum ergo talem consuetudinem excusare Monialem à peccato, nam consuetudo, quando non est contra legem Dei, tunc valet, & seruanda est *Glos. in cap. Venerabiles, de consuet. Ludouic. Roman. in sing.* 19. *Hippol. in sing.* 177. *Alciatus de præsumption. lib.* 1. *tit. de Reg.* 2. *Abb. in d. cap. venerabilis*, dummodo tamen fuerit nota Superioribus, & tolerata. Quapropter, cum in simili casu aliquando fuisset recursum ad Sa-

cr. Congreg. respondit, consulendum esse cum Summo Pontifice, & cum hucusque nil repertum fuerit determinatum, non est adducendum aliud in hac sententia. Sed vnusquisque sua conscientia teste, poterit cautius negotiari, ne in hanc difficultatem incidat, vt hortatur idem *Mosconius*.

Fr. *Angelus Manrique 2.p.serm.in Festis Sanctorum, li.3.de S. Hildegunde virgine.* §.8.dictis omnib. fiuet, dũ ait sup.c.12.Iudit. *Tunc iussit eã introire in locum, vbi repositi erant thesauri eius*, Ella (aunque con aduertencia de no ofender à Dios) le tentò a el con su hermosura de sensualidad, y con sus alabanças de soberuia; y el, para tentarla a ella de esso, y de auaricia; la mandò dar aposento, come dixe, adonde estaua su recamara; aunque esto bien pudieramos dezir, que fue quererla tentar mas segura. Que la muger, para guardarse bien, siempre se ha de guardar de essa manera; teniendola encerrada, y recogida mas procurando, que en esse encerramiento nunca llegue a tener necessidad, antes ande sobrada de ordenario. Dezia vn hombre discreto de estos tiempos, que el hombre, y la muger, se han de gouernar al reues, para guardarse. Para guardar vn hombre, no es menester mas, que quitarle el dinero, y luego soltarle; que vn hombre sin dinero, harto segura va por donde quiera. Pero la muger se ha de guardar al reues, entregandole quãto ay en casa, y recogiendola, que recogida, y sin necessidad, demasiado de mala ha de ser, para ser mala; y a esso pienso y o que mira nuestra madre la Iglesia, quando confer el mismo voto de pobreza el que hazemos los Religiosos, y las Religiosas; lo que se nos permite conforme a el, y alli, lo que se nos encarga, es tan deferente. Que nos otros, ni para professar, traemos dotes, ni nos los pueden pedir, ni lleuar nuestros Conuentos, si buenamente heredamos, nora buena; però tratar de pedir dote, ni lleuarle; nique sea menester pagar para admitir nos a la professiõn, en nigun caso. Mas, que no se nos permiten rentas en particular, sino que todo ha de ser del comun, y assentarse en los libros del Conuento. Las Religiosas al contrario en todo meten dotes, entran con alimentos, tienen rentas; y en todos los Monasterios, que no son de muy estrecha recoleccion, tengo por particular recoleccion, el preuenir, que no las quieran admitir al habito, si sus padres no les dan rentas moderadas. Y la razon de todo esto, es la que dezimos; porque a vn hombre, no ay grillos que le guarden, come los que le hecha su probreza; dadmele vos que no tenga dineros, que yo os le dare Santo, o per lo menos quitado de ocasiones. Mas para vna muger, quando llega a faltar lo necessario, y aun quando lo tiene algo de sobra, no ay en el mundo guardas, ni paredes. Pues veys aqui vna razon, y no mala a mi ver, que le mouio a Holofernes, a aloiar a Iudit en su recamara, *In locum vbi repositi erant thesauri eius*, en donde estauan todos sus

teso-

tesoros. Como quien dize, que para tenerla mas segura, la queria recoger, pero franqueandole todos sus haueres, y haziendola Señora, y duenna dellos.

LXXXII. *Se v'è in particolar qualche eccesso nelle doti, e cose soddette, è carica de' Vescoui, e de' Prelati il rimediarui; come hà fatto vltimamente Monsignor Illustrissimo, & Reuerendissimo Tiepolo Patriarca di Venezia, imitando anche in ciò il glorioso San Carlo.*

Sanctus Carolus in Actis sua Ecclesia p. 3. vbi circa dotes Monialium summam in sua Diœcesi sic decernit, *che la dote delle Monache della sua Diocesi non passi la somma di lire imperiali due mille, e cinquecento, e tutto ciò oltre la spesa de' vestimenti, vtensilij, & onoranze solite à darsi a quelle si fanno Monache, & oltre la spesa della dozzena, fino che sarà professa.*

Et hoc vltimum conforme omnino est Decreto *Concilij Trident. sess. 25. cap. 16.* vbi statuit, vt ante professionem ex bonis Nouitiæ Monasterio nihil tribuatur præter victum, & vestitum pro anno probationis, ne hac occasione discedere nequeat. Vnde à *Congreg. Cardin.* vt testatur *Suarez tom. 4. de Relig. Tract. 9. lib. 1. cap. 11. num. 4.* declaratum est, etiam dotem non esse Monasterio tribuendam ante professionem, sed in deposito ponendam. Quod tamen per se intelligendum existimat ipse *Suarez*; nam si necessitas, vel aliqua maior commoditas ipsiusmet Nouitiæ intercederet, & iudicium, ac licentia Episcopi interueniret, posset, vt opinatur vltro *Suarez*, dos recipi à Monasterio, data certa cautione, & securitate illam integre, & sine difficultate restituendi, si Nouitia velit abire, ita enim satisfit intentioni Concilij.

LXXXIII. *Vale il legato lasciato alla Monaca con questa condizione, che serui per lei, e non per lo Monastero: e che la Superiora non si possi intromettere in quello, sotto pena di perdita di detto legato.*

Sanchez loc. cit. lib. 7. cap. 17. num. 4. vbi ait, legatum sub prædicta conditione relictum, esse benigne interpretandum; ita vt eius sensus sit, vt nihil facti pertineat ad Monasterium, secus autem de iure, id est, vt commoditas, & vsus, quæ quid facti sunt, pertineant ad Monachum, Abbate permittente; vt dominium, quod est quid iuris, pertineat ad Monasterium; ac proinde legatum illud valebit. Ratio huius est, quia voluntas testatoris, si non potest directo, debet per indirectum, & omni possibili modo seruari, & ita explicari, vt habeat effectum, quamuis oporteat verba à propria significatione ad impropriam distrahere, vt tradit idem *Sanchez* ex multis Doctoribus.

LXXXIV. *E' lecito alla Monaca andare al possesso di questo legato, con licenza della Superiora, ma lo deue impiegar solo in cose pertinenti alle Religiose, & in altri vsi pij, & in prouedere alle sue proprie necessità, il che ridonda ancora in vtile del Monastero, restando egli libero circa il douer trouar quelle cose, che sono bisognose a detta Monaca.*

San-

Sanchez loc. cit. num. 8. ex multis Doct. qui credit, hoc modo intelligendam conditionem, & si testator diceret, cum conditione, vt expendat in vsus quos voluerit; intelligendum enim est de vsibus Religioso licitis, vt verba accommodentur personis, ad quam diriguntur, & vt actus teneat.

Et si testator declararet, se velle, vt id legatum omnino quo ad dominiū pertineat ad Monachum, & nullo modo ad Monasterium, dicendum tamen valere, & acquiri Monasterio, reiecta ea conditione, tamquam turpi, sic idem *Sanchez* ex multis Doct. sustinet *num.* 12.

LXXXV. Se la Superiora non consente, che la comodità di questo legato sia di quella Monaca, alla qual è stato lasciato, di subito il detto legato sarà nullo, & appartenerà all'erede, mancando la conditione, sotto la quale è stato lasciato.

Sanchez loc. cit. num. 7. ex multis test. & Doct. qui addit, nō sufficere semel consentire, si postea Prælatus licentiam auferat, ne id legatum perdatur, quia quamuis regulare sit satis esse conditionem momento impleri, & si statim deficiat, *l. si quis heredem, num.* 7. *C. de instit. & substit.* hoc tamen limitat *Iason* cum alijs ibi, *num.* 14. *limit.* 4. nisi esset conditio, vel dispositio habens tractum necessarium, vt si quis commoretur cum Titio; tunc enim non sufficit momentaneum implementum; at hæc conditio est huiusmodi ex præsumpta testantis, aut donantis voluntate, quæ fuit, vt Religiosus ille semper haberet vsum, & commoditatem illius rei; cui minime satisfacit non perseuerante Superioris consensu.

LXXXVI. Vale il legato lasciato al Monastero con questa conditione, ch'esso Monastero sia tenuto ad accettare ogni anno, ouero per vna volta vna Monaca nella Religione.

Sanchez loc. cit. cap. 26. *num.* 6. Quidam tamen dicunt eam conditionem esse simoniacam, ac proinde non teneri Monasterium eam implere. An verò valeat legatum reiecta conditione, alij aiunt, alij negant. Sed tenendum cum *Sanchez*, eam conditionem esse honestam, & omnino seruandam, nullumque vitium ei legandi formæ inesse. Ratio, quia spe premij obtinendi elicere ad spiritualia, fit ab omni labe simoniæ liberum, ac licitum. Item, quia nullus damnat legata cum onere faciendi quotannis tot sacra, cum tamen hoc onus sit spirituale. Consulit tamen ipse *Sanchez num.* 7. *cum Bart.* ad euitandas opiniones consultius fore sic legare; si Moniales talem receperint, lego eis censum pro alimentis.

LXXXVII. Sono capaci di legati i Minori Osseruanti, & i Cappuccini, se bene sono incapaci le loro Religioni di succedere in comune, pure che questi legati non sieno di tanta quantità, che si possa presumer esser fatti in fraude, cioè lasciarsi vna eredità sotto nome di legato.

Sanchez

Sanchez loc. cit. num. 9. & hoc expresse diffinitum est *cap. Exijt. §. ad hac, quia fratribus, de verborum significatione in 6.* Nec obstat ratio in contrarium, quia qui nequit heres institui, nõ est capax legati, *instit. de legat. et l. Regia 1. tit. 9. parte 6.* quia ea regula verum habet in ijs, qui ob iuris communis prohibitionem institui heredes nequeunt; ijs enim similiter legari nequibit; secus de ijs, qui ob solum paupertatis votum incapaces sunt hereditariæ successionis, quales sunt Fratres Minores; quippe potest id votum ex vouentium intentione, & statutis solam hereditariæ successionis capacitatem excludere, non autem legati; & sic de facto contingit in Fratribus Minoribus.

LXXXVIII. *Non repugna alla mendicità delle soddette Religioni il riserbare cose necessarie al viuere, quando si dubita di non poterle auere in altro tempo.*

Sanchez loc. cit. nu. 14. Sicut etiam asserit, nec repugnare paupertati Minorum recipere triticum, & alias res superabundantes, id est, vltra eorum necessitatem, vt per Syndicum commutentur pro alijs rebus necessarijs, vel vendantur ad has coemendas. Sic enim concessit lex, cuius verba refert *Manuel. qq. Reg. Tom. 1. q. 28. art. 4.*

LXXXIX. *Vale il legato, quando si lascia à detti Frati Minori vna casa, per abbitarui, ouero per iui fabbricarui vna Chiesa.*

Sanchez loc. cit. num. 22. dummodo egeant ea domo, vt propriam domum, aut Ecclesiam extendant, & cum illa continuent, vel vt inhabitent, aut Ecclesiam in ea ædificent; quippe tunc non est modus Regulæ contrarius, vt tradit *Corduba in Regul. D. Francisci, cap. 6. quæst. 11. puncto 2. dub. 1. ad finem.* qui addit in quadam sua Congregatione declaratum esse licere Fratribus hospitari in domo relicta alicui, vt ibi hospitentur Minores, alimentaque illis præbeantur.

XC. *Non sono capaci i soddetti Frati Minori di legati perpetui, se però detti legati non fossero deputati al colto diuino, come per comprare il vino per la Segrestia, o il grano per far l'Ostie, o l'oglio per le lampade.*

Corduba loc. cit. puncto 3. Tunc enim potest à Minoribus recipi licite tale legatum perpetuum, quia per ipsum non tollitur eorum mendicitas, neque est aliquis excessus, aut fraus, vt patet. Sed notandum, Fratres tamen non posse supradicta omnia per viam obligationis ciuilis petere, aut recipere; neque vllum ius, aut actionem ciuilem in talibus legatis prætendere, quia sic iam viderentur annui redditus Minoribus prohibiti. Sic Corduba.

Qui etiam *puncto* 4. notat, quod Episcopus, & iudices alij, tam Ecclesiastici, quam seculares, possunt ex vi sui officij, nemine etiam ad hoc agente, compellere heredem, vel exequutorem, seu illum, qui ad hoc tenetur ex testamento, vel alias quatenus relicta etiam Monasterio, vel suis Fratribus adimpleat, & soluat. Concedit etiam, quod sui Fratres possunt extra iudicium defuncti iniuriam, & suam ipsorum iudicibus

denun-

denunciare, vt ipsi ex suo officio procedant, vt voluerint.

Ex dictis patet, me non perperam respondisse Monialibus Cappucinis; quod non repugnat suæ Regulæ, recipere legata etiam perpetua pro Missis dicendis in sua ipsarum Ecclesia,& procurare apud Patriarcham Illustrissimum huiusmodi legatorum adimpletionem, absque vllo Regulæ præiudicio.

Si autem tale legatum relinqueretur pro victu, & vestitu, aut indistincte pro Fratribus, seu pro eorum necessitatibus, tunc si tale legatum fiat in quantitate moderata,& vsque ad modicum tempus taxatum, vtpote si relinquitur singulis annis vsque ad decem annos, seu de triennio in triennium, vsque ad 20. annos, quod dentur Fratribus duo ducati in eleemosyna, vel vnum solemne prandium tali die, *Corduba loc. cit. cum Federico* credit,quod licite Minores possent acceptare. Ratio,quia potius talem legatum videtur quædam summa legata dilatata; neque per hoc videtur mendicitas tolli, sed aliquo modo subleuari.

Sed requirunt *Doct.* qualedicatur modicum tempus, *Sanchez loc.cit num.* 39. dicit,modicum tempus esse, quod est infra decennium; at longum tempus esse decennium & vltra; & appellat hanc sententiam communem, & tenendam,quare non tenet pro vera supradictam *Corduba* opinionem,quia est magnum tempus, vtpote quod decennium excedit.

XCI. *Tiene il legato perpetuo lasciato ad vn Frate Minore per tutta la sua vita, la ragion' è, perchè, se bene tal legato è perpetuo rispetto à quel Frate, à cui è lasciato, non è però semplicemente perpetuo.*

Sanchez loc. cit.num. 40. quia perpetuitas simpliciter debet attendi respectu Religionis, cui immediate id legatum acquiritur, quare cum tempus centum annorum attendatur in relictis Ecclesiæ, aut Ciuitati. *l.fin. C.de Sacrosanct. Eccles.* non dicentur redditus illi annui perpetui, nisi ad centum annos sint. Nec etiam dicentur fieri ad longum tempus, quia nil certius morte, nec incertius eius hora. Atque ita cum quotidie possit legatum id extingui, non dicetur fieri ad longum tempus.

XCII. *Vale il legato perpetuo, lasciato a' Minori, per comprar libri per gli studenti, & altre cose necessarie allo studio, non ripugnando alla loro mendicità tal legato.*

Sanchez loc. cit. num. 46. qui secus sentit, si sit ad alimenta necessaria studentibus, quia cum sit legatum pro alimentis, tollit mendicitatem. Nec ipse credit verum,quod ait *Ananias, & Manuel,* qui dicunt, non repugnare paupertati Minorum legatum annuum, factum pro necessitatibus infirmorum, quasi non ipsis Fratribus, sed loco deputato infirmis fiat,vt quando fit fabricæ Ecclesiæ, quia non videt,cur non tollat mendicitatem,cum deseruiat in necessarijs infirmorum alimentis,& medicinis, quæ nomine etiam alimentorum comprehenduntur,

XCIII. *Possono i Frati Minori riceuer, senza pregiudicar punto alla Regola, quel-*

la

la limosina, che gli vien data ogn'anno, per voto fatto in perpetuo di dare ad essi Frati Minori tal limosina.

Sanchez loc. cit. Tenetur enim qui tale votum emisit, non ex aliqua obligatione, aut ex iure Minoribus inde acquisitis, sed ex obligatione fidelitatis, & Religionis acquisita Deo per votum illud, talem eleemosynam ipsis Fratribus exhibere; & ita Fratres possunt accipere eam eleemosynam, non vt sibi debitam, sed vt debitam Deo, quod Pontifex non interdixerit illis eleemosynam annuam voto promissam recipere, sed legato relictam.

Nec recipere hanc eleemosynam sine aliqua actione, aut iure repugnat Minorum mendicitati. Atque idem erit dicendum, sequitur idem *Sanchez*, si vouens ille grauet suum heredem ad illam eleemosynam quotannis dandam Fratribus; quia & si testator non grauaret, tenebatur heres ad eam, sicut ad cætera realia defuncti vota; atque adeo præceptum testatoris nullam vim nouam adiecit, & ideo illi non capient tanquam legato relictam, quod est illis interdictum, sed tamquam voto debitam.

XCIV. *Se bene ad alcune Religioni d'huomini riesce migliore la pouertà essata, che priua del dominio de' beni anche in comune, ad ogni modo però non è buona per le Religioni di donne, perchè non si può da quelle conseruar così bene la loro onestà, e clausura, se non hanno esse dal Monastero le cose necessarie al viuere.*

Suarez Tom. 5. de Relig. Tract. 9. lib. 1. cap. 12. num. 1. Vnde cum Religio S. Claræ in principio instituta fuerit, sub obseruantia illius paupertatis, paullo post Innocentius Tertius in ea dispensauit, permittendo potius, quam præcipiendo, vt non seruaretur; postea vero Vrbanus Quintus omnino seruari voluit regulam absque tali paupertate. Et Pius Quintus suo motu proprio 8. *Circa pastoralis.* Et Gregorius Decimustertius motu 13. *Deo sacris*: Omnibus modis prouidere studuerunt, vt Monasteria Monialium habeant vnde sustentetur, ita vt si eleemosynis indigeant, potius Prælatorum prouidentia, quam eorum solicitudine, & postulatione habeantur. Et quoniam experientia ostendit hoc esse difficillimum, & quemcunque alium mendicitatis modum esse periculosum, ideo simpliciter consultius est Monasterijs Monialium habere communes redditus, quam paupertatem in communi profiteri.

Aliqui excipiunt Moniales Cappuccinas, quas aiunt non habere bona stabilia, vt videri potest in *Isidoro Mosconio loc. cit. p. 4. cap. 4.* Veruntamen non habet fundamentum in *Concil. Trident. sess. 25. de Regularibus, cap. 2.* nam solum excipit domos Fratrum Cappuccinorum, & Obseruantiæ; vnde quantum est ex vi Concilij, sine dubio possunt habere bona stabilia; & si fortasse illi priuilegio renuntiare volunt, indigent, vt putat ipse *Suarez*, Summi Pontificis approbatione; quia post modera-

tionem Vrbani non inuenitur illud genus paupertatis approbatum pro feminis à Sede Apostolica.

Ex quo colligit idem *Suarez num. sequ.* (quod probare præcipue per has Maximas intendimus) obtinuisse, scilicet, consuetudinem etiam inter Moniales satis reformatas, vt liceat singulis recipere singulis annis aliquos moderatos redditus, quibus ad res sibi necessarias vti possũt. Hoc enim introductum videtur, quod Monasteria regulariter non habent redditus sufficientes, quibus omnia necessaria ad victum, & vestitum tempore salutis, & ægritudinis omnibus prouideant; neque etiam Monialibus datur tempus, vt suo labore manuum possint huiusmodi defectum supplere, & ideo ad vitanda maiora incommoda, vel pericula huiusmodi facultas eis permittitur. Tenentur nihilominus ea vti, seruando regulas paupertatis, ita vt ille vsus proprietarius non sit, sed dependens à Superiore, & eius arbitrio; obseruando etiam quæ circa hoc disponuntur à *Concilio Trident. sess. 25. cap. 2. de Regularibus*.

XCV. In caso, che fosse lasciato vn legato ad vn Monastero, e non vi fosse espresso il suo nome, dar si deue più tosto ad vn Monastero di Monache, perch'è degno di maggior pietà, che ad vn Monastero di Monaci.

Benincasius Tract. de paupertate, & eius priuilegijs quæst. 9. spec. 3. num. 42. ex multis DD. Ad quod facit, quia indigentia in Monialibus est magis periculosa *cap. 1. de statu Regu. lib. 6.* & homines conuenientius, quam feminæ operari possunt. *l. quisquis. ver. ad filias. C. ad l. Iul. Maiest.* cum in feminis maior honestas requiratur. *Glos. in l. palam. §. quæ in adulterium. ff. de ri. nup. Dec. in cons. 225. in casu proposito num. 12.* merito potius Monialibus, quam Monacis legatum erit præstandum. Et ita tenet *Franc. Rip. de peste, vers. de remed. ad conseruan. vberta. num. 158. & seq.* ad quod ipse *Benincasius num. 45.* allegat *text. in l. fin. in prin. C. de dona. ante nuptias*, vbi dicitur, quod melius est mulieribus propter fragilitatem sexus, quam maribus subuenire.

XCVI. Di quì si vede, che non si dè così facilmente tenere alle Monache vna cosa per superflua, che veramẽte à Monaci pare superflua; come anche non è bene à condannar così subito la Monaca, perche tiene sopra il suo Oratorio qualche ornamento d'argento, ouero hà altre cose simili, che gli sogliono esser donate da' suoi parenti nel suo ingresso; tanto più che queste possono seruire ne' bisogni spirituali, e corporali del Monastero, come tante volte è accaduta nel Monastero di Santa Lucia.

Quod autem *Quaranta Verb. Cas. Reseru.* testetur, Sacram Congregationem declarasse, non licere inferioribus à Summo Pontifice dare licentiam Regularibus tenere mobilia superflua, id tamen non euertit Maximam supradictam; nam declaratio debet intelligi de superfluo vero, & reali, & Maxima loquitur de illo, quod tantum quamdam superflui speciem habet. Et postea ipsa declaratio tangit tantummodo Religiosos,

ligiosos, non autem Religiosas, vt patet. Et iure quidem optimo, cum Moniales, vti videmus, maiori gaudeant priuilegio, circa hoc, quam alij Regulares. Denique dici potest, quod supradicta declaratio, vt multæ aliæ, hic Venetijs non sit vsu recepta, & practicata cum tanto rigore. Diximus etiam supra huiusmodi esse locales. Sed dicamus, quod nostræ Moniales habent facultatem retinendi omnia supradicta à Patriarchis, qui sunt Summi Pontificis Delegati in materia ipsarum Monialium, & Iudices inappellabiles.

Puccinius in suo de peculio Regularium pag. 58. sic de superfluo, & pretioso. *Si deue auuertire, che non solo quelle cose si dicono esser superflue, le quali non attengono alla necessità del viuere, ma ancora quelle, che eccedono la moderatione religiosa. Onde non solo le gemme, gli orecchini, le collane, gli specchi, gli odori, & altre cose, che non hanno, che far niente con la necessità del viuere, ma ancora i vestimenti più delicati, i veli di bisso, guanti, pelliece pretiose, anelli, linerie molto sottili con ornamenti di lauoro, vesti di gran prezzo, e di colori molto pregiati, quadretti con ornamenti d'argento, ò d'oro, ò d'ebano, libri ornati con perle, oro, & argento, coltelli, forchette, cucchiari, ò guaine d'argento, corone di pretiosi metalli, Reliquiari d'oro, ò d'argento, oriuoli piccoli di gran valore, paramenti diuoti d'oro, ò di seta, e simili, pitture di gran prezzo, tauole, letti, e padiglioni simili, & altre cose simili.* Hucusque *Puccinius*, & optime, sed quod omnia supradicta, ad Monialium vsum destinata, ipsas Moniales in damnationis statu constituant, nullo pacto ei assentiri possum, aut debeo.

Curent Monialium Confessarij, ne ipsæ Moniales vltimum finem in his rebus constituant, quod sic eorum muneri ipsi satisfacient. Quid vero sibi velit hoc constituere vltimum finem in re aliqua, dicunt Theologi, quod tunc aliquis dicitur ponere finem vltimum in re aliqua, quando paratus est potius Deum offendere, quam ipsam derelinquere; Sic enim rem creatam hic colit, & adorat, ac si esset ipsa creator. Ita Monialis illa facere debebat, de qua fama est, ipsam in æternum perijsse solum ob id, quia nimio tenebatur affectu erga simplicem pannum, quo in cella suum tegebat scabellum. Si igitur Monialis parata est ad supradicta relinquenda, statim ac à Superioribus ei mandatum fuerit, non est dicendum vllo pacto, ipsam in infernali statu constitutam esse. Dicere soleo meis Monialibus, quod omnia hæc in suis cellis habeant, æque ac si illic à Superioribus fuissent deposita, ac suæ fidei commissa.

XCVII. *Le sopradette cose, che portanò le Monache nel loro ingresso, stanno in deposito nel Monastero sino alla professione, e dopò questa restano incorporate con tutti gli altri mobili dell'istesso Monastero; concedendole poi la Superiora à ciascheduna di esse Monache per loro vso.*

Sed mihi objiciet quis, Abbatissa, aut alia Superior Monesterij non potest

Monialibus huiusmodi licentiam concedere. Quæro ego; quid igitur in hoc casu illi agendum est? forsan debet eas non acceptare? Non debet; nec potest id facere. Debet eas saltem vendere? Nec id præstare potest, quia parentes intendunt, & absolute volunt, illa omnia supradicta suarum filiarum Oratorijs inseruire.

Mihi respondeat, quæso, qui rigorosam de hac re ferunt sententiam, Nõne Fratribus Minoribus superfluitatem ædificiorum, nimiam magnitudinem, & curiositatem, etiam ipsarum Ecclesiarum damnat imprimis *Concil. Vienens.* relatum in *Clement. Exiuit. §. Rursus, versic. quamuis. de verb. significatione*? Ibi enim sic dicitur, Nec per illa vult sibi Deus seruiri, quæ suorum seruitorum conditioni, & statui dissonarent. Et paullo ante in *versic. hinc est*, dixerat, Nullo modo deinceps fieri faciant, vel fieri sustineant Ecclesias, vel alia quæcunque ædificia, quæ considerato Fratrum inhabitantium numero, excessiua in multitudine, & magnitudine debeant reputari. Et quamuis hic solum de Fratribus Minoribus sermo sit, tamen in quantum præcipitur, vt ædificia statui paupertatis (quem profitentur) conuenientia construantur, commune est omnibus Religionibus, & ipsi rationi naturali consentaneum, quæ temperantiam rerum secundum vtentis qualitatem requirit.

Neque solum *d. Conc. Vien.* sumptuositatem, aut superfluam in ædificijs curiositatem, verum etiam in ornamentis, vasis Ecclesiasticis, diuino cultui, ipsique Deo dicatis prohibuit; ait enim, vt refertur in *d. Clem. & §. & vers.* quamuis etiam paramenta, & vasa Ecclesiastica ad honorem diuini nominis ordinētur, propter quem fecit omnia ipse Deus, tamen quia absconditorum est cognitor, nec per illa sibi vult seruiri, quæ suorum seruitorum conditioni, & statui dissonarent. Propter quod sufficere debent eis vasa, & paramenta Ecclesiastica, decentia, in numero, & magnitudine sufficientia competenti. Superfluitas autem, & nimia pretiositas, vel quæcunque curiositas in his, seu alijs quibuscumque non potest eorum professioni, vel statui conuenire.

Nec opponat quis non licere hac tempestate, vt ait *Thomas à Iesu loc. cit. cap.* 7. qua hæretici Ecclesiarum, ac Monasteriorum magnitudini, ornamentorumque pretiositati detrahunt, hac nostra doctrina illorum impietati fauere; nequaquam enim fauemus; non enim absolute ædificia magnifica, ac sumptuosa, vel ornamenta valde pretiosa damnamus, sed tantum, respectiue loquentes, considerato statu paupertatis vniuscuiusque ordinis, qua ratione *Concil. Trid. & Vienens.* loquuntur, asserimus illicitam esse superfluitatē, aut nimiam pretiositatem; vnde in illis Religionibus, quæ habent copiosos redditus, vt Carthusienses, aliæque Monachales illustres, ac magnificæ Ecclesiæ merito eriguntur, quæ tamen in pauperibus ordinibus fieri prudenter prohibentur.

Ideo *D. Dominicus*, vt refert *Castello 1. Tom. lib. 1. c. 51. & 54.* ita in vita paupertatem

pertatem etiam in cultu diuino amauit, & veneratus fuit, vt numquam permiserit ornamenta, siue paramenta serica, neque vasa aurea, aut argentea, præter calices in suo ordine fieri. Idem seruasse magnum illum Minorum Patriarcham facile comperiet, qui eius Regulam, & Pontificum Clem. V. & Nicolai IV. Decisiones perlegerit, seruaturque vsque hodie hic parcissimus tam in ædificijs, quam in ornamentis paupertatis vsus apud familiam Cappuccinorum, & Discalceatorum, qui in hac arctissima paupertate tenui rerum omnium vsu contenti, gratissimum Deo præstant famulatum.

Sed nihilominus, his omnibus non obstantibus, si ab aliquo Principe, aut magno viro vni ex supradictis Religionibus erigitur aliqua illustris, ac magnifica Ecclesia, & eorum Sacrarium pretiosa suppellectile ditatur, recipit hæc omnia hæc Religio quoad simplicem vsum, relinquendo dominium apud Dominum, si ipsa est ex illis Religionibus, quæ dominij etiam in communi sunt incapaces. Ita pariter dico ego, Moniales posse acceptare quo ad vsum à parentibus illa supradicta ornamēta pro suis Oratorijs, remanendo dominium apud Monasterium, & potestatem apud Superiores spoliandi ipsas illis omnibus ad eorum beneplacitum. Hæc à me dicta sunt, ne tot animas, tamquam Religiosæ paupertatis violatrices condemnem, quæ inter sacra Claustra vitam quasi angelicam degunt, paratæ ad omnem Superiorum nutum omnem reformationem absque vlla resistentia acceptare.

XCVIII. *Se il penitente imperitico sotto buona fede segue vna opinione, che da alcuni Dottori, come probabile, e sicura vien difesa, & il Confessor la tiene speculatiuamente improbabile, ad ogni modo però è tenuto à dargli l'assolutione, ò sia egli ordinario, ò pure delegato.*

Sic *Laymann loc. cit. lib. 1. Tract. 1. cap. 5. §. 2. num. 10. ex Soto, Victoria, Nauarr. Medina, Sanchez, & Vasquez*, & alijs. Probatur, Confessarius, audita confessione, non potest absolutionem negare pœnitenti recte disposito, nullumque peccati obicem ponenti. Atqui sequendo probabilem opinionem pœnitens non peccat; ac proinde, quatenus est ex hoc capite, recte dispositus est; ergo non potest illi absolutio negari. Igitur reprehendenda est ea Confessariorum consuetudo, qui veriti confitentem contra propriam sententiam absoluere, eandem ad alium Confessarium ablegant, qui oppositam probabilem opinionem tenet. Si enim ille alter absoluere possit, cur non & tu possis? Aut cur tua speculatiua persuasio pœnitenti obesse debeat?

Obijcies, Confessarius est pœnitentis Superior; igitur pœnitens, deposita propria opinione, Confessarij præcipientis opinionem amplecti tenetur. Respondet idem *Laymann*, Non esse Superiorem simpliciter, neque ius præcipiendi habere in omnibus, sed solum in ordine ad peccata, quæ ad tribunal pœnitentiæ adferuntur. Verum pœnitens

non

non peccat, adhærendo opinioni, quæ à Doctoribus probabiliter defenditur, ergo nihil illi Confessarius in hac causa, tamquam subdito, præcipere potest.

Idem innuit *Diana* dum probat, licitum esse, relicta opinione probabiliori, & magis tuta, sequi opinionem probabilem, & minus tutam; dicens de opinione probabili *Resolut.* 1. communiter Theologos prædictam sententiam fuisse amplexos. Ratio est, quia operans secundum opinionem probabilem, non potest iudicari temerarius, neque imprudens, habet enim pro se rationes alicuius momenti; ergo si sic operans, non est imprudens, non temerarius, non peccat. Adde, quia cum omnimoda certitudo in rebus agendis haberi nequeat, sufficit, vt operemur cum certitudine probabili, & non requiritur omnimoda certitudo; opinio autem minus probabilis, & minus tuta, est alias sufficiens ad bene operandum moraliter; esset enim onus intolerabile, & multis scrupulis oppositum, si opiniones probabiliores semper inuestigare teneremur. Ergo &c.

Concedit *Diana* etiam ibidem *Resolut.* 14. cum *Sayro*, *Vasquez*, *& Sanchez*, Responsorem Casuum Conscientiæ, posse consulere in his, quæ pertinent ad vtilitatem interrogantis, iuxta aliorum opinionem, contra propriam. Immo asserit aliquando ipsum teneri opinionem liberantem, & benigniorem interroganti declarare, quando de opinione liberante, & benigniori interrogatur à pœnitente, seu petente consilium, vt docet etiam *Salas*, *Sanchez*, *& Sancius* citati ab eodem *Diana*.

Hic quoque cum *Becano in p.* 2. *tract.* 1. *cap.* 4. *quæst.* 9. *num.* 16. dicit, quod debet vnusquisque ita consilium præstare, vt non mentiatur, non tamen necesse est, vt id consulat, quod ipse iudicat esse probabilius; Nam si interrogaretur quid ipse sentiat, esse verius, vel probabilius, tūc debet consulere, quod ipse iudicat esse verius, vel probabilius. Si autem solum interrogaretur de practica obligatione, potest sæpe consulere, id tamquam licitum, quod ipse iudicat esse minus probabile. Nam consilium magis spectat ad iudicium practicum, quam ad speculatiuum; Vnde sæpe non solum recte, sed etiam melius faceret, ita consulendo, vt vel vtilitatem proximi rationem habeat, vel id consulat, quod facilius, & cum minori periculo potest ab alio præstari. Hæc *Becanus*, multum conducentia, vt ait *Diana*, pro Responsoribus Casuum Conscientiæ; addam ego, & pro Confessarijs Monialium, ac præcipue pro extraordinarijs, qui dum ipsas Moniales reformare in ictu oculi contendunt, multas ex ipsis periculo damnationis exponunt, quæ erroneam Conscientiam circa Regularem paupertatem induentes, & contra ipsam agentes, lethali culpa sese obstringunt.

Attamen hic silentio preterire nolo, quæ hac de re scripta sunt à *Puccinio loc. cit. per tot. Disc. Mon. de cōmunitate religiosa*; ait enim hic pijssimus vir,

Non

Non hà dubbio, che molte resoluzioni parranno à qualchèduno troppo strette, e seuere, ma si deue prima auuertire, che quando si tratta di Religiose, non si può trattare di larghezza, e facilità, poichè queste si obbligorno solennemente à Dio, di camminare per la via della perfezione; e lo stesso nome Religioso, altro non dènota, conforme alla sua natura, e proprietà, che strettezza, & obbligazione. Potrebbe ancora qualchèduno talmente sottilizzare intorno à questa materia, che con argomenti, e distinzioni speculatiue mostrasse, che la proposta dottrina constituisce molto più stretta, che non è la vita Regolare; e può più tosto indurre nella Religione pensieri scropolosi, che soda, e perfetta osseruanza. Ma bene si douerebbe far reflessione, che altri non sono quei Frati, o Monache, le quali stanno sù certi punti stiracchiati, e dichiarazioni sofistiche per saluare i peculij, che quella parte, la qual viue più larga, e più rilassata nelle cose spirituali.

E se altre non fossero le ragioni, questa sola pare, che conuinca potentemente, dico il considerare, che lo stato della Religione è stato instituito da Giesù Cristo, e regolato da ciascuno de' Santi Fondatori, conforme alla vita, e dottrina dell'istesso Cristo, per assicurare quanto si può la salute dell'anime. Dunque non deue il Religioso soggettarsi a' pericoli, doue la via è piana, libera, e spedita, andarsi mettendo innanzi le pietre per inciampare. Così veramente fà colui, che và inuestigando ragioni, & argomenti, per sostentare, e colorire quell' opinioni, che inducono maggior facilità, e larghezza nel voto della pouertà. Ne voglio tralasciare in questo luogo quel, che hò sentito da Religiosi di molta grauità, Maestri in Teologia, e Predicatori famosi, ch' essi aueuan seguitato molto tempo le distinzioni, e sottigliezze circa questa materia; ma poi finalmente spogliatisi di passione, l'auean deposte con grandissimo sentimento, & amarezza, perchè in verità non hanno buona sussistenza, e molte volte nella speculazione si reggono, ma in prattica non si possono ridurre senza grauissimo pericolo; e loro stessi confessauano, che tutto quel tempo erano stati in peccato mortale.

Sic *Puccinius*, & optime quidem, cum quo etiam nos libentissime sentimus, & vtinam omnes Religiosi intelligerent hanc veritatem, & intellectam amplecti possent. Sed nos loquuti sumus de Religiosis, qui licet sciant, quam bona sit religiosa communitas, tamen ea frui secundum desideria cordis eorum, ob Monasterij inopiam, aut ob aliam caussam, eis non licet. Hi enim procul dubio sunt extra infernalem statum, dummodo (sicut semel, & iterum diximus) sint parati ad acceptandam communitatem, quandocumque à Superioribus fuerit rationabiliter proposita, & introducta.

XCIX. *Non sono obbligate le Monache à cercar di reformarsi da se stesse, essendo sicure in coscienza, fin che il Superiore gli comandi, che riformino se stesse.*

Nauar. de Regularibus com. 3. num. 32. ex verbis *Concil. Trident. sess. 25. cap. 1. omni cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur, &c.* Ex quibus verbis,

verbis, ait ille, colligitur, prius instituendam, & componendam esse reformationem, quam teneantur subditi eam seruare; quia non pertinet instituere, & componere ad singulos, sed ad Prælatos, & vniuersos, siue Capitula, & sic singulares excusantur à peccato, donec illa institutio, & compositio fiat. Non obstat, quod *Cardin. in cap. cum ad Monasterium, de stat. Monach.* edito in Concilio generali super illis verbis, *Si quis habet aliquid proprium incontinenti resignet*, dic. t. quod statim, ac nescierunt Regulares illum Canonem fuisse editum, tenebantur resignare, sine aliqua præmonitione; & quod in *Concil. Trident. cap. 2.* eadem fere verba ponuntur, ibi, *& mobilia vndecunque quæsita statim Superiori tradantur.*

Non, inquit *Nauar.* hoc obstat, tum quia in *Concil. Trident.* præmittuntur verba, quæ significant debere præcedere institutionem, & compositionem vitæ, vt prædictum est. Tum quia par est credere, quod non fuit paritum d. statuto Generalis Concilij, iuxta expositionem *Cardin.* sicut nec *Concil. Trident.* hactenus ita est paritum. Tum, quia alioqui omnes fere omnium ordinum, etiam Cappuccinorum peccarent mortaliter, & maior pars eorum peccant nunc, cum vix sit vllus, qui post publicatum Concilium statim tradiderit, nec nunc tradat omnes res suas peculiares, vestem, calceos, brachas, cingula, calculos, & libellos precatorios, & contemplatorios, atramentarium, pugillares, & alias reculas, Superioribus suis.

Fr. Hyacinthus vero *loc. cit. p. 2. cap. 14.* tenet, quod saltem Minores teneantur se ipsos reformare, & id ex *cap. 10. Regulæ*, vbi sic habetur, Et vbicumque sunt Fratres, qui scirent, & cognoscerent, se non posse Regulam spiritualiter obseruare, ad suos Ministros debent, & possunt recurrere. Sed legendus hic *Corduba*, qui dicit, quod vt istud præceptum sit obligatorium ex vi Regulæ, requiruntur simul tres conditiones, prima quod notabiliter impediatur indebita, seu religiosa obseruantia Regulæ, ita quod sine peccato, seu sine propinquo periculo ad peccatum ibi Fratres esse non possent; nam si non impediuntur à prædicta Regulæ obseruantia, quamuis impediantur à puriori Regulæ obseruantia, ita tamen quod sine peccato, & sine periculo transgressionis prædicto ibi manere possunt; seu si non impediuntur notabiliter, sed parum leuiter, ita quod Frater, si vult fortiter agere, & caute, potest sine notabili regulæ transgressione, & sine peccato mortali ibi manere, tunc non tenetur sub mortali ex vi regulæ recurrere ad Ministros, quamuis si velit, possit recurrere. Secunda conditio requisita, vt hoc sit obligatorium, est quod Fratres prædicti habeant certitudinem valde probabilem de prædicto impedimento. Tertia tandem est, quod prædictum impedimentum proueniat ratione loci, vbi morantur Fratres, quomodocunque inde ipsis proueniat, quod ideo dicitur, quia si aliunde proueniat tale

impe-

impedimentum ratione temporis, aut personæ ipsius Fratris male dispositæ, aut ratione Prælatorum male gubernantium, &c. huiusmodi; quamuis quilibet Frater teneatur aliunde de iure diuino, vel naturali sibi remedia debita procurare, & sæpe recurrere ad suos Superiores pro remedio, aut pro dispensatione, non tamen tenetur ex vi Regulæ, aut ex vi huius obligatorij Regulæ. Quod probat ipse *Corduba*, quia communiter expositores dicunt, quod præfata impossibilitas, seu impotentia debitę obseruantiæ referenda est ad locum, quando scilicet Fratres ratione loci impediuntur, ne pure, & debite possint regulam obseruare, vtpote quia loco annexa proprietas, vel cura animarum, ad quam ratione loci teneantur Fratres; vel propter pericula mulierum ibi manentium, seu intrantium, & cetera huiusmodi.

Vult tamen *Pater Hyacinthus* hoc preceptum intelligi, specialiter de paupertate, & hoc ex *Aluaro de planctu Eccles. lib. 2. cap. 67.* quod nos etiam concedimus, dummodo non includat ipse sub hoc præcepto Minores Conuentuales, cum ipsi maioribus dispensationibus vtantur, vt notum est; & multo minus aliarum Religionum Regulares, quibus permissum est, non solum propria bona in communi habere, sed etiam in particulari quo ad vsum. Sed videant ipsi Regulares circa hoc particulare, & circa alia omnia adhuc à nobis disputata, ad quid ipsi per votum paupertatis, & per suam Regulam teneantur, & illud obseruent; mihi enim non fuit animus, dum hæc exarare cœpi, Regularium me causam velle agere, cum ipsi patronis abundent, sibi ipsis sufficientes; sed in animo habui, me solum Monialium patrocinium suscipere, ipsas, si possem, subleuando, & nonnullorum seueritate territas, & quasi salutis spe priuatas consolando, ne in desperationis baratrum inciderent.

An postea, si maior pars Monasterij se reformare intendat, teneatur minor se se illi conformare, dicendum cum *Seruatio loc. cit. Mand. 7. in prælud.* & alijs ab eo citatis, absque dubio teneri. Clemens Octauus, vt ex *Quaranta* tradit *Pater Hyacinthus loc. cit. cap.* 15. approbauit hanc doctrinam his verbis, Sanctissimus Dominus noster Clemens, &c. Ad tollenda dubia, &c. declarauit & decreuit, *cap.* 45. obseruandum fore totum, vt iacet, in Monasterijs, in quibus iam fuit introducta, & acceptata à maiori parte Monialium vita communis. Sed notanda sunt verba hæc, fuit introducta, & acceptata, nam non sufficit, quod fuerit tētata huiusmodi vita communis, & sine fundamento, & absque Superioris licentia ad praxim sic temere redacta.

P. Hyacinthus ibidem, errorem cuiusdam Monasterij magnum aperit, sic dicens, *Ma quì è forza, che io per auuertimento de gli altri, scuopra vna fallacia grande, che trouai in vn certo Monastero, nel quale la maggior parte si era reformata al commune, & in fatti viueua già molto tempo à quel modo.*

H Hora

Hora l'altre di molto minor numero si scusauano con dire, che il Monastero è pouero, e che la pouertà scusa. Cerchiamo dunque se questa loro scusa valeua. Rispondo prima, che quando il Superiore vuol prendersi carico di prouedere à tutte le cose necessarie, anco ne' Monasterij poueri, è obligato il suddito à rassegnare il peculio, e viuere secondo che ordina il Superiore: Secondo, ch'è ridicola questa scusa della pouertà nel caso proposto, perchè se la maggior parte può viuere, e di fatto viue in commune con l'incorporazione de' suoi beni, perchè non potrà viuere anco la minore? Sentite l'argomento d'vn'amico mio, ch'è insolubile. Quella proporzione, c'haue vna delle parti rispetto ad vn'altra delle parti, quella stessa haueranno tutte le parti, rispetto al tutto, questa maggiore è d'Aristotile. Ma così è, che vna parte de' Religiosi, e forse non i più nobili, non i più ricchi de gli altri viuono in quei Monasterij con la lor parte dell'entrate in commune; questa minore si suppone nel caso. Dunque tutto il Monastero, con tutte le rendite, potrà anco viuere tutto in commune; Dunque quei Religiosi di minor numero, che in tali Monasterij resistono al commune, sono in malissimo stato, e non si possono saluare, fin che non s'emendino.

Hoc argumentum euidenter, & demonstratiue concludit, dummodo minor propositio in casu supposita sit vera, quod scilicet maior pars ex Monasterij redditibus in commune positis viuat. Nam si casus loqueretur, non solum de redditibus proprijs Monasterij, sed etiam de illis, quos singulæ Moniales à suis ipsarum parentibus accipiunt, argumentum non staret, sed prorsus corrueret, corruentibus quoque his redditibus culpa parentum, qui volunt absolute, hos redditus non in omnium Monialium, sed tantum suarum filiarum vsum cedere; & si aliter fieri vident, filiabus suis dictos redditus adimere non verentur; Huius veritatis testis sum ego auritus, & oculatus; multos contestes in medium afferre possem, sed iustis de causis ab hoc particulari me abstineo.

C. *Non è possibile in vn subito introdur la totale riforma in vn Monastero difformato, perchè in questa maniera maggiormente si difforma, come l'esperienza benissimo c'insegna.*

Nider de Reformat. Relig. lib. 2. cap. 14. & nos etiam supra leuiter attigimus. Præsertim, vt inquit *Nider*, si est multiplicata in Monasteriorum numero. Patet hoc ex radice triplici, scilicet, ex suæ formæ primariæ introductione, ex materiæ nimia indispositione, & bene agentium paucitate. Reformare enim est maioris difficultatis, quam formare. Sed forma Religionis cuiuslibet successiue in primitiua eius institutione cœpit crescere, non simul tota, sed pedetentim dilatabatur per varia de nouo constructa Monasteria; vt puta ordo Cluniacensium in Cluniaco, Cistercienſium in Cistercio, Præmonstratensium in Præmonstrato, Prædicatorum in Tolosa, & sic de alijs. Sic etiam introductio for-

mæ

mæ Euangelicæ, quæ quædam reformatio fuit legis veteris, quam Christus non venit tollere, sed perficere; successiue in orbem venit terrarum; quia primo multitudo credentium, quibus erat vnum cor, & anima vna in Domino, & qui habebant omnia communia, introducta est Ierosolymis; deinde per reformatores, videlicet Apostolos, venit successiue in orbem, & vinea Ecclesiæ dilatauit ramos suos.

Patet secundo responsio in materiæ nimia indispositione. Sunt enim Religiones plurimæ, in quarum Monasterijs pæne nullibi velut olim viget Regularis obseruantia, & ita multiplicata sunt vitia, transgressiones, & abusus tanti, vt humanitus non videatur possibile omnia talia reformare simul, & tollere. Non enim forma ignis introduci potest ligno viridi, nisi prius multis actionibus præuijs humidum expellatur, & frigidum. Nec terra fructifera efficitur, prius non culta multipliciter. Sic etiam olim electa plebs Israelitica terram repromissionis simul reformare non potuit, Iebusæis malis resistentibus. Nec Zorobabel, Esdras, & Neemias, quamuis erant viri doctissimi, & omni virtute præditi, statim potuerunt efficere, vt lex Dei in ciuitate Ierusalē seruaretur integre; quinimò in multis sæpe suos repererunt legis transgressores; maxime nunc in vsura, quam exercuerunt diuites; nunc in contractu illicito, quo Gentilium tenuerunt vxores; nunc in fractione Sabbati, quando aduehebant merces; nunc in machinatione mortis, quam quidam Neemiæ intentabant factis proditorijs.

Patet tertio responsionis veritas, ex bene agentium paucitate. Hi enim qui formam Religionis perditam possunt introducere, sunt qui forma eadem actuati sunt, cum vnumquodque tale facit ipsum tale, & agens agit in quantum actu est. Sunt autem in comparatione malorum, boni Religiosi paucissimi, & facilius est deficere, quam proficere; valetque peruersus vnus plures peruertere, quam decem boni vnum conuertere. Nec etiam boni viri, qui sunt boni in toto vno ordine, fortassis secundam partem ordinis possent reformare, etiamsi vellent. Sic Nider.

Quid igitur agendum? Quod iam consulebat *Caietanus in artic. 5. quæstio. 189. 2. 2.* Vt nullus puer, nulla puella posset Religioni tradi, nisi vbi vere viuitur regulariter. Sic enim aut extinguerentur irregulariter viuentes, aut reformarentur, vexatione dante intellectum. Atque id salutare eruditi, & religiosi Doctoris consilium Clemens Octauus complexus est. Considerans enim ille miserum statum, in qua viuebant Religiosi obstinati in collapsæ disciplinæ deformitate, noluit omnino ab istiusmodi Claustralibus Nouitios vllos recipi, ne qui recipitur corrumpatur, ac damnationis periculum, quod ab illorum Monasteriorum consuetudine imminet, sibi accersat; noluit, inquam, & merito sane, vt scribit *Seruatius loc. cit. spec. 13. prælud.* Patres enim filium amantis est, volantem sagittam à capite filij auertere. Itaque Pontifex au-

IESVS, MARIA, HIERONYMVS.

PRO DECRETO

SACRÆ CONGREGATIONIS,

CONTRA REGVLARES *alloquentes Moniales, Collectanea.*



QVæritur, an Decretum Sacræ Congregationis Regularium, editum Nonis Maij 1590. contra Regulares accedentes ad loquendum cum Monialibus absque debita licentia, obliget sub peccato mortali?

Respondetur, quod licet nonnulli existiment, huiusmodi Decretum, quia pœnale est, non obligare transgressores ad culpam, sed tantum ad pœnam post condemnationem, si comprehendantur; & ideo quamplurimi Regulares citra omnem scrupulum accedunt ad Monialium Monasteria, ad colloquendum cum ipsis Monialibus, sine aliqua licentia; tamen absolute asserendum est, à via veritatis quam longe aberrare talem opinionem tenentes; & Regulares sic accedentes ad colloquendum cum Monialibus lethali culpa se ipsos, vna cum Monialibus obstringere; quod ex infra dicendis clarissime patebit.

1. *Est peccatum mortale Regularibus accedere ad colloquendum cum Monialibus sine debita licentia.*

Et primo dicendum cum *Duardo in Bullam Cænæ lib. 5. §. 9. quæstio. 2. num. 45.* non ex eo, quod dictum Decretum sit pœnale, non obligare ad culpam, sed tantum ad pœnam; immo, quia Decretum illud imponit pœnam priuationis officij, vocisque actiuæ, ac passiuæ ipso facto incurrendæ, & alias pœnas arbitrio eiusdem Sacræ Congregationis reseruatas, ex hoc duci argumentum, dictum Decretum obligare in conscientia; atque adeo non solum ad pœnam, sed etiam ad culpam. Sic *Ioann. Salas de legibus Disput. 15. sect. 1. num. 16.* argumentatur, dicens, Decretum Cardinalium editum contra Religiosos accedentes ad Monasteria Monialium obligare sub mortali, quia ponit pœnam priuationis officij, vocisque actiuæ, & passiuæ.

2. *Decretum Sacræ Congregationis, quia pœnale, ideo obligat ad culpam.*

Non me latet, potissimum *Nauar. in Manuali cap. 23. num. 57. & seq.* sensisse legem humanam pœnalem non obligare sub mortali. Nauarri fundamenta hæc sunt. Primum, quia lex pœna-

3. lis est odiosa, & ideo interpretanda benignius quo ad fieri possit; hæc autem intelligentia est benignior, & confert multum ad tollendum laqueos, & pericula animarum, & potest sine inconuenienti sustineri. Secundum, quia legislator addens pœnam temporalem præsumitur excludere æternam, quia qui ex duobus vnum exprimit, & aliud tacet, censetur illud excludere iuxta *reg. text. in cap. Nonne de præsumpt.* Tertium, quia leges humanæ raro explicãt in actu signato obligationem in conscientia, vel certe ciuiles numquam hoc declarant, immo infideles Principes numquam de tali pœna cogitarunt, ergo non est verisimile illam intendere, maxime quando pęnam temporalem exprimunt. Quartum, allegat *Nauar.* consuetudinem, testaturque communi consensu receptum esse, vt hæ leges in hoc sensu intelligantur. Quintum, quia aliquæ leges pœnales non obligant in conscientia, ergo nullæ, nam est eadem omnium ratio.

Argumenta probantia legẽ humanam pœnalem nõ obligare ad culpã.

Nihilominus asserendum est cum *Suarez de legibus lib. 5. cap. 3. num. 5.* contrariam sententiam veriorem esse, & securiorem; quam assertionem esse communem Theologorum, & Canonistarum affirmat ipse *Suarez*. Dicendum ergo est, legem, quæ in ver-

4. bis suis, & modo, quo fertur, præceptum continet, etiamsi pœnam adijciat, obligare in conscientia, vel sub mortali, vel veniali culpa, iuxta qualitatem materiæ, & alia signa, nisi aliunde constet de expressa mente legislatoris. Confirmatur, quando in re alioqui non præcepta, nec prohibita legislatores nolunt obligare ad culpam, solent id exprimere, vt notat *Salas loc. cit. num. 16.* in ipsa lege, vel in alijs, aut alijs modis id inducere, ergo cum nihil horum faciunt, intelligendi sunt velle obligare ad culpam. Antecedens patet ex *Statutis Minorum*, vbi pro lege dicitur, *Nolumus per hæc, quæcunque nostra Statuta ad peccati vinculum adstringere, nisi alias per ius diuinum, vel humanum fuerint adstricti*. Simile legitur in multis aliarum Religionum Constitutionibus, vt refert ipse *Salas*; qui etiam his argumentis probat supradictam assertionem, legem pęnalem scilicet obligare in conscientia.

Lex præceptũ cõtinẽs obligat in conscientia.

Primo, quia illa forma legis significat in legislatore animum imponendi veram pęnam, vera autem pœna supponit culpam; ergo animus legislatoris est, si alias non est obligatio, illam imponere. Secundo, quia, si contraria sententia vera esset, fere to-

5. ta vis humanarum legum periret, parumque vtilis esset legumlatorum cura, & diligentia, bonis etiam, qui magis mouentur virtutis amore, quam formidine pœnæ; aperiretur via ad faciendas innumeras fraudes contra finem legum; nam magna pars legum fertur sub illa forma verborum, ergo si tunc leges non obligant

Argumenta probantia legẽ pœnalem obligare in conscientia.

ad

ad opus, vel omissionem, cui adiungitur pœna, absque timore culpæ, ignominiæ, & scandali, etiam boni transgredientur sæpe legem, maxime si videant, se posse etiam aliqua via pœnam euadere; & sic infirmæ erunt leges, quarum tamen vim per appositionem pœnæ roborare nitebantur legislatores. Et quis dubitat, quin si legislatores intelligerēt illa forma non obligari homines in conscientia, alia vterentur? ergo intendunt obligare in conscientia, & sic arbitrantur obligari subditos. Tertio, quando pœna talis est, quæ non potest incurri sine culpa, vt excommunicatio, vel alia censura, etiamsi legislatores vtantur illa forma, intendunt obligare ad culpam, vt etiam *Nauar. & alij aduersarij fatentur*; ergo par est idem credere in alijs casibus, quia cum aliud non exprimunt, semper, vt eorum leges melius obseruentur, intendunt obligare quantum possunt, & vti plane, & integre suæ potestate.

Neque in contrarium vrgent rationes *Nauarri* supracitatæ. Ad has enim cum *Suarez loc. cit. num.* 11. sic respondemus. Ad primam, benigniorem interpretationem habere locum, vbi res est moraliter dubia, & talem esse debere, vt verba legis non corrumpat. At hic sensus legis non est dubius, quando quidem supponuntur verba ex se sufficienter significantia præceptum; & sine fundamento recurritur ad intentionem, corrumpendo, seu enervando verba legis. Ad secundam respondetur primo, axioma illud & *cap. Nonne* ibi allegatum habere locum, quando vel duo, de quibus est sermo, sunt repugnantia; vel quando sunt ad eligendum proposita; tunc enim assumptio vnius præsumitur esse exclusio alterius; si autem non sunt huiusmodi, non est illa sufficiens coniectura, nisi aliæ adiungantur. At hæc obligatio ad culpam, & pœnam non repugnat inter se, immo ex se habet quandam connexionem, & ideo sola adiectio pœnæ nulla est coniectura excusationis culpæ. Deinde dicitur in Decreto, de quo tractamus, sufficienter contineri obligationem ad culpam in verbis præceptiuis, vt infra etiam videbimus, & ideo dici non posse, certam comminari pœnam, prætermissa comminatione culpæ, quia non solet aliter culpæ reatus proponi, nisi præcipiendo. Vnde ad tertiam rationem negatur consequentia, quæ si alicuius esset momenti, probaret etiam leges humanas morales non adijcientes pœnam, non obligare in conscientia, quia hoc non exprimunt in actu signato; & leges Principum infidelium non ligare conscientias, etiamsi pœnales non sint; quia tales Principes nihil de pœnis alterius vitæ cogitarunt; vtrumque autem est absurdum, vt patet; igitur sicut in legibus moralibus sufficit naturalis

6. *Responsio ad rationes in contrarium adductas.*

vis

vis præcepti ad inducendam obligationem conſcientiæ, etiamſi Princeps illam non exprimat, immo nec de illa cogitet in actu ſignato, ſed tantum de præcepto imponendo; ita etiam ſufficit in legibus pœnalibus; & patet, quia præceptum morale Regis infidelis obligat ſub reatu vitæ futuræ, etiamſi legiſlator illam non cognoſcat, quia ſufficit vis connaturalis præcepti, ergo etiam ſufficit in lege pęnali, quæ ſimul moralis eſt; nulla enim ratio differentiæ in his caſibus reddi poteſt: Ad quartum, negatur talem conſuetudinem extare, quam Doctores communiter non agnouerunt, neque ex communi vſu, & ſenſu fidelium colligitur. De quinta ratione tandem dicendum, *Nauarri* conſequentiam eſſe falſam, cum non ſequatur ex hoc, quod aliquæ leges pœnales non obligent in conſcientia, nullam pariter obligare, vt diffuſe probat idem *Suarez per totum cap. ſequens quartum*.

Reſtat igitur probata noſtra ſupradicta reſponſio, Decretum ſupra dictum obligare ſub mortali, eo magis cum ipſum Decre-

7\. *Decretum Sacræ Congr. de quo eſt quæſtio obligat ad mortalem culpam, eo magis cum non ſit pure pænale, ſed mixtū.*

tum non ſit pure pœnale, ſed mixtum, vt animaduertit *Duardus loc. cit.* Nam Sacra Congregatio in caſu, de quo quærimus, decernendo, primo vtitur verbis præceptiuis, & deinde pænalibus, vt conſtat ex illis verbis, *De ſpeciali, & expreſſo mandato S. D. N. Sixti diuina prouidentia Papæ V. viuæ vocis oraculo eis facto, Decreuerunt, & mandauerunt &c.* & circa finem; *quæ omnia, & ſingula ſub pænis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendæ, aliiſque eiuſdem Congregationis arbitrio præceperunt inuiolabiliter obſeruari, &c.* Modo verba, *Mandamus, & præcipimus*, procul dubio præceptum indicant, atque adeo obligationem ſub mortali; & eo magis quando aliquid aliud additur, vt ly *inuiolabiliter*; vnde citra omnem controuerſiam dictum Decretum non ſolum obligat ad pęnam, ſed etiam ad culpam.

Deinde dato, & non conceſſo, vt ſequitur idem *Duardus*, quod prædictum Decretum eſſet pure pænale, ſicut clare patet eſſe præceptiuum, ita vt diſponeret hoc modo. Si quis Religioſus acceſſerit ad Monaſteria Monialium, incurrat priuationem officij, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ; cum ipſum Decretum imponat pœnam grauem, qualis eſt priuatio officij, vocis actiuæ, & paſſiuæ, &c. etiam ad mentem eorum, qui negant legem pure pęnalem obligare in conſcientia, adhuc dictum Decretum ligaret contraue-

8\. *Ex grauitate pænæ colligitur in dubio legiſlatorem ad culpam obligare velle.*

nientes, non modo ad pænam, ſed etiam ad culpam; quoniam ex grauitate pęnæ colligitur in dubio legiſlatorem velle obligare ad culpam, etiamſi legem ſupradictis verbis ferat; & eo magis, quia materia dicti Decreti eſt moralis, pertinens directe ad bonos mores Reipublicæ, & ad cohibenda vitia, ac vitanda, quæ ex nimia

familia-

familiaritate Religiosorum cum Monialibus oriri solent. Id quoque non negat ipse *Nauar.*, vt ostendi *in meo Antidoto spirituali pro Monialibus*, vbi etiam multis rationibus probaui Decretum, de quo modo quæritur, obligare transgressores ad culpam mortalem. Quod autem huiusmodi Decretum cohibeat re ipsa vitia, & vitet scandala, nemo est qui ignorare possit, nisi volens, maxime si is in Monialium negotijs sit versatus. Obstupesceret lector nostrorum temporum miseriam deplorans, si audiret peccata, & scandala ex huius Decreti inobseruantia exorta. 9. *Hoc Decretum cohibet vitia, & vitat scandala.*

Dicunt nonnulli Religiosi se excusantes, se non mala intentione, quamuis sine Superiorum facultate, ad Monialium Monasteria accedere; quibus respondet *Homobonus cas. 5. vers. 4. ad finem.* Inobedientiam illos reos, & transgressores edicti Antistitum constituere, cum ipsius prohibitionem non ignoret. Illudque obijcit, obedientiam esse felicitatis matrem, *illumque bonum dici, qui consulta Patrum, qui leges iuraque seruat. Horat. lib. 1. Epist. 17.* Ad tales excusationes respondet etiam *D. Hieronymus Pater meus* citatus *à Scribonio in suo Superiore Religioso. lib. 2. cap. 20.* quod si dixeris, inquit Sanctissimus, & eruditissimus Doctor, mihi sufficit conscientia mea, habeo Deum iudicem, qui meæ vitæ est testis, non curo quid loquantur homines; Audi Apostolum dicentem, *Prouidentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* *Et Bernardus Epist. 47.* Esto sis continens, sed ego suspicione non careo; tolle scandali causam. Quid dixissent, quæso, isti viri Sancti, si vidissent Religiosos cum virginibus Deo sacratis, contra supremorum Superiorum prohibitionem colloquia miscere non dubitantes? Inuigilent Superiores Religionum circa huiusmodi particulare, & in hoc se seueros potius exhibeant, ac nusquam, ac nulli parcant; summa pietas hic exsæuire; summus amor nulli ignoscere. 10. *Excusatio trāsgressorum Decreti Sacræ Congregationis.*

Libet, & expedit hic recensere exemplum relatum à *Vuaddingo Ann. Minorum, Anno 1219. n. 47.* Fratris Philippi Logi vnius ex Sancti Francisci socijs, cui auctoritate Pontificia, ipso etiam procurante, inconsulto sancto viro, data fuit facultas, vt posset in Monasterijs Monialium fratres substituere. Mouit eum ad hoc pietas, & zelus bonus de profectu sacrarum Virginum; quibus deerant Magistri, & duces nouæ, & arctissimæ vitæ, non adeo tunc hominibus familiaris; iudicauit rationabiliter enim melius instruendas ab illius vitæ viris, quam ab ijs, qui molliuscule, & laxe viuunt, quibus nihil tam peregrinum, quam suis corporibus violentiam inferre. Nec quidquam tamen Francisco probatus hic Philippi zelus, qui hominem ita reprehendit; Malefecisti, Fra- 11. *Dictum S. Francisci de non suscipienda Monialium cura à suis fratribus.*

ter Philippe, malefecisti, hucusque fistula fuit in carne, eratque curationis spes; sed nunc in ossibus radicata, euasit incurabilis. Sane prophetauit, inquit *idem Vuaddingus*, nam dum Moniales erant sub aliena cura, facile poterant fratres ab eis auelli, & familiaritatis damnum præueniri; at postquam curam illam subierũt, plaga incurabilis facta est, dum non potuerunt, etiam quando voluerunt, onerosam, molestam, & periculosam iam factam excutere, vt probatum est magno ordinis damno, sub Generalatu S. Bonauenturæ.

Non possum satis mirari, quando audio nonnullos Religiosos, etiam strictioris obseruantiæ, dicentes, supradictum Decretum non obligare ad peccatum, & ideo sine scrupulo accedere ad
12. colloquendum cum Monialibus. Dicant mihi, obsecro, isti Religiosi, non inuenitur in hoc accessu per Superiores prohibito saltem inobedientiæ peccatum, & ex parte ipsorum, & ex parte etiam Monialium? Hæc inobedientia in causa præcipua est, cur ipsi non assequantur verum, & genuinum legum Superiorum sensum, & intelligentiam. Dicebat enim Christus Dominus, *Ioann. 7. Si quis voluerit voluntatem eius, qui misit me, facere, cognoscet de doctrina mea, vtrum ex Deo sit*. Significans, vt dicunt *SS. Cyrillus in Ioann. cap. 43. & Chrysost. Hom. 48. in Ioann.* obedientem Dei mandatis obtinere lucem ad intelligendum, quod ipse reuelat. Simili modo dicamus & nos, subditum Superioris mandatis obedientem obtinere lucem ad intelligendum, quod ipse iubet. Leuem culpam putabit forsan se commisisse Religiosus, si Decreti supradicti violator deprehensus, cum detrimento non paruo, non solum suæ ipsius famæ, sed etiam totius suæ Religionis, inobedientiæ suæ pœnas dabit condignas?

Inobedientia causa præcipua, cur Religiosi nõ assequantur verum sensum legum Superiorũ.

Sed concludamus culpæ mortalis Religiosum illum se reum constituere, qui sine debita licentia accedit ad colloquẽdum cum
13. Monialibus, contra Decretum Sacræ Congregationis, etiam stando solum in iure communi, nullam relationem habens ad declarationem eiusdem Sacræ Congregationis; de qua inferius; *vt in supradicto meo Antidoto* probaui, hac præcipua ratione, quod declarationem aliquam faciens nihil noui agit; ac ideo testis, dum declarat suam depositionem, non tenetur iterum iuramentum præstare. Multa alia similia ad huiusmodi particulare spectantia in medium afferuntur à Doctoribus, *in proœm. Decretal. super verbo declarantur, & est bonus text. in l. hered. Palam. de testam. & not. in cap. cum tu, de vsuris.*

Stando solum in iure cõmuni, peccat Religiosus accedẽs ad colloquendum cum Monialibus sine debita licẽtia.

Grassius etiam conf. Tom. 2. conf. 2. de Regularibus num. 9. & seq. ex pœnis appositis in Decreto, vti & nos diximus, probat incurri

pecca-

peccatum mortale ab his, qui dictis pœnis se subijciunt, transgrediendo ipsum Decretum. Adest enim, vt vidimus, pœna priuationis officij, quæ siue apponatur in perpetuum, vt in dicta Cōstitutione, siue ad tempus, semper in iure apponi solet pro peccato mortali, ita *Glos. in cap. ad reprimendum, de off. ordin.* vbi iniungitur pœna priuationis officij in perpetuum Presbytero, qui duxit vxorem, vel ad tempus Clerico fornicario. Adest rursus pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, quæ etiam iniungitur pro peccato mortali, vt clare colligitur ex *Concil. Trident. sess. 25. cap. 2.* per quam quidem priuationem vocis actiuæ, & passiuæ tenetur quis priuatus iure dandi vocem capitulariter in negotijs expediendis per voces capitulantium collegialiter, puta in alienationibus, electionibus, in professionibus, & alijs tractatibus, vt satis colligitur *ex Glos. in Clement. 1. verbo inibi, de Regular.* & *ex Cardin. & Bonifacio in Clement. vt hi, qui de ætat. & qualit.* Priuatur etiam voce passiua, vt non possit eligi ad aliquam dignitatem, vel ad id, quod est honoris; secus in his, quæ sunt oneris, vt dixit *Anchar. in dicta Clem. num. 5.*

Insuper *idem Graffius ibidem*, respondens obijcientibus ex appositione pœnæ temporalis debere quem vitare pœnam æternam, & ita peccatum mortale, dicit, quod hæc vulgaris opinio est plus quam falsa, & fatetur se nescire, vnde prodire potuerit, quod leges obligantes ad pœnam, non obligent ad culpam, cum pęna suapte natura tum genuinus effectus, tum apertum indicium sit culpæ. Hæc *Graffius è Soto lib. 1. de iustit. & iure, q. 6. art. 5.* concludens, semper colligi, mentem legislatoris velle obligare transgressorem ad peccatum mortale, quando apponit pęnam præsupponentem peccatum mortale; talis est priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, vt dictum est. *Salas loc. cit. num. 10. è Couarr.* dicit, quod mirum esset, si legis conditor, qui pęnam addidit legi ad eius maiorem vim, & executionem, vellet legem ipsam imbecilliorem ad hæc efficere, auferendo ab ea obligationem in conscientia. Sed non immorandum amplius in confutanda opinione, quam *Sotus loc. cit.* errorem vulgi appellat, qui putat cum sua pęna licere cuilibet legem transgredi.

15. *Opinio plusquã falsa, quod leges obligantes ad pœnam non obligent ad culpam.*

Sed oritur dubium, vtrum Religiosus teneatur in conscientia has pęnas sponte subire ante sententiam iudicis declaratoriam? Et *Bonac. de clausura quæst. 3. punct. 4. num. 6.* affirmatiue respondit, si loquamur de priuatione vocis actiuę, & passiuæ, nam ad executionem huius pęnę nulla hominis actio requiritur. *Duardus loc. cit. num. 46.* idem sentit, ac etiam quoad priuationem officij, cum hęc pœna vna cum supradicta sint moderatæ, & non conti-

16. *An Religiosus teneatur in cõscientia sponte has pęnas subire.*

neant nimiam acerbitatem repugnantem humanæ naturæ, qualis est pęna mutilationis membri, &c. Adhæret huic sententiæ *Frater Sigismundus à Bononia in Tract. de elect. & potest. Prælat. Reg. p. 2. dub. 93. num. 5.* dicens è *Sayro*, & *Suarez*, hanc esse communem, & eam tenuisse multos viros doctissimos in alma vrbe Romæ, prout refert *Sorb. in annot. ad comp. Tit. Ingredi Monast. Monial. num. 12.* Bene verum est, quod libere ipse fatetur, nullam sibi occurrere rationem concludentem, quare hæc pœna, quamuis priuatiua sit, non indigeat sententia iudicis. Quare non improbabilem omnino censet opinionem contrariam.

Quam sequitur, sed quo ad priuationem officij tantum, *Guttierez Canon. quæst. lib. 2. cap. 5.* dum loquens de huiusmodi priuatione, vocat eam maximè acerbam, & ideo non deberi ante latam sententiam, licet statuta sit ipso facto. Quod in alijs pœnis similibus tenendum esse tenet idem *Guttierez*, dummodo nō sub-

17. *Quando transgreßor alicuius legis teneatur subire non expectata iudicis sẽtentia.*

iungatur aliud verbum, vnde constet, mentem Summi Pontificis esse, vt velit reum pœnam illam subire, nulla expectata sententia; quale videtur esse illud *Pauli II. in Extrauag. Ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien.* vbi dicitur; *Clericus, qui bona Ecclesiæ alienauit, ipso facto priuatus existat beneficiorum Ecclesiasticorum, illaque absque declaratione aliqua vacari censeantur.* Ex hac namque Extrauag. precedens confirmatur sententia per locum ab speciali. Etenim dum ad acerbitatem pœnæ, & vt Ecclesiastici plus abstinerent à rebus Ecclesiæ alienandis, addit Sūmus Pontifex, vt in hoc euentu nulla esset necessaria declaratoria sententia, manifestè innuitur, quod nisi addidisset, nequaquam id operaretur verbum illud, *ipso facto*, quod præmiserat. Hæc *Guttierez*.

Malderus p. 2. quæst. 96. artic. 4. memb. 4. loquens de ista opinione, ita asserit; Probabiliter quidam dicunt, suffragio actiuo neminem priuari per legem pœnalem, ante sententiam iudicis, ne omnes electiones reddantur incertæ, secus de suffragio passiuo. Et ideo hanc sententiam, quo ad vocem actiuam docuit nouissi-

18. *Suffragio actiuo an priuetur quis ante iudicis sententia.*

me *Castellinus in suo de elect. canon. Prælat. lib. 1. §. 8. nu. 20. & alij*, quos vide apud ipsum. Quod autem spectat ad illam clausulam, *ipso iure*, vel *ipso facto*, & huiusmodi, dicendum est cum *eodem Sigismundo loc. cit. num. 6.* quod potest habere diuersum effectum ab eo, quem vult contraria opinio; & tunc non erit inutilis contra suppositum Doct. contrarium sentientium. Et patet, nam pœna imposita ipso iure, vel ipso facto &c. statim ac per judicem pronunciatur sententia declaratoria, retrahitur ad omnia officia, & dignitates, quas habuit reus à die commissi criminis, & per consequens reuocantur omnes contractus per delinquentem initi ratione

tione

tione illorum officiorum, seu dignitatum. Hoc autem non eueniet in pœna incurrenda solummodo: Ergo aliquid operatur clausula, *ipso facto &c.*

Quia igitur hæc opinio probabilis est, & tuta in praxi, dicam cum *Laymann p. 1. sua Theolog. Moral. lib. 1. Tract. 4. cap. 15. nu. 3.* quod hæ leges pœnales non ita interpretandæ sunt, quasi earum transgressores in conscientia obligentur ad pænam per se ipsos soluendam, seu actiue exequendam, eo magis cum hæc sit communior Doct. sententia, vt videre est apud ipsum *Laymann.* Ratio, quia legem humanam oportet esse hominum moribus, ac naturæ congruam; est enim valde alienum à natura, & moribus hominum, quod idem cogatur esse reus, ac iudex, vel iustitiæ executor, & non raro occulti sui criminis proditor, & accusator: quapropter aduertit *Medina 1. 2. quæst. 96. art. 4.* eiusmodi leges pœnales, quatenus præceptum continent, ad subditos dirigi, vt eas obseruent; quatenus vero pænam, siue mulctam adiungunt, præcipue ad iudices referri, vt eam transgressoribus imperent, exigant: quamuis etiam secundario ad subditos, vt iustæ executioni obtemperent. Quod maxime sequitur in casu nostro, quando per renuntiationem, & abdicationem ab officio, & à voce actiua, & passiua, suum delictum manifestari possit, ac fama, honorque periclitari, vt recte animaduertit *Homobonus loc. cit.* qui etiam transgressores consulit, vt omni studio ipsi, & diligentia dispensationem à Superioribus per se, vel per Confessarium petant.

19 *Alienum à natura, quod idē cogatur esse reus, & iustitiæ executor.*

Idem sustinet *Diana in suis Resolutionibus Moralib. Tract. de legibus. Resolut. 24.* dicens, notandum esse, stando etiam in opinione, quæ asserit, teneri reum in conscientia, subire hanc pœnam ante iudicis condemnationem, eum, qui in priuationem vocis actiuæ, & passiuæ incidit, non teneri priuare se ipsa voce actiua, & passiua, quoties hoc nequit facere sine infamia, etiamsi in lege habeatur, delinquentem incurrere in talem pænam, non expectata vlla sententia. Et ratio est, quia ius ad propriam famam conseruandam præponderat iuri humano indicenti, verbi gratia, priuationem officij, beneficij, vocis actiuæ &c. Tenetur tamen in tali casu delinquens diligenter inquirere dispensationem, ne interim officium, quo priuatus est, inique retineat, vt docet *Bonac. de legib. Disput. 1. quæst. 1. punct. 7. num. 10.*

20 *Non tenetur reus priuare se voce actiua, & passiua cum periculo īfamiæ.*

Dispensatio huiusmodi potest fieri per Prælatum regularem, iurisdictione quasi Episcopali gaudentē, vt tenet *Fr. Sigism. loc. cit. dub. 98. num. 3.* quia huiusmodi pænæ non sunt reseruatæ Summo Pontifici, vt ex Decreto, de quo est quæstio, constat. Ratio huius resolutionis est, quia peccatum, pro quo sunt inflictæ hæ pænæ,

21. *Per quem dispensatio fieri potest, ne quis officiũ, qui priuatus est, inique retineat.*

non est grauius adulterio, & patet, supradictos regularium Superiores posse dispensare in adulterijs, & alijs criminibus quæ sunt minora adulterio peracta pænitentia, nisi Papa ea sibi specialiter reseruasset. Sed quid faciet, qui est inhabilis, si eligitur, & est occultus, dicendum hunc teneri renuntiare, excusando se non esse habilem propter aliquas causas, abstinendo tamen semper à falsitatibus. Si hoc non sufficiat, & impedimentum non inducit infamiam, vel si inducit illam, est leuis, tunc impedimentum debet patefacere Superiori, seu confirmatori. Si autem est infamatorium, non tenetur se prodere, sed acceptet, & procuret dispensationem secretam, seu nouam collationem; Sic *Lauorius variarum lucubr. Tom. 1. De elect. canon. tit. 4. cap. 18. num. 34.*

22. *Religiosi accedentes ad Moniales vltra pænas in Decreto positas, peccant mortaliter.*

Ex iam dictis igitur remanet probata supradicta conclusio, quod Religiosi accedentes sine legitima licentia ad Monasteria Monialium ad colloquendum, siue tractandum cum eis, vltra pænas in Decreto positas, peccant mortaliter. Quæ conclusio hodie absque vlla controuersia tenenda est, cum Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Cardinales, vt tollerent omnem difficultatem, declararint, sub die 1. *Iulij* 1606. supradictum Decretum obligare etiam ad peccatum mortale, quorum verba sunt hæc. *Sacra Congregatio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotijs Regularium præposita censuit, & declarauit, Regulares accedentes ad Monasteria Monialium contra formam Decreti, quo huiusmodi accessus per Sacram Congregationem prohibetur, vltra pænas priuationis officiorum, & vocis actiuæ, & passiuæ, incurrere etiam pænam PECCATI MORTALIS.* Quod peccatum incurritur vna cum præfatis pœnis, etiam vnico accessu, cum Decretum loquatur de accedentibus sine licentia Sacræ Congregationis; non vero de frequentantibus; Ita *Bonac. loc. cit. de clauf. num.* 5. qui etiam *num.* 7. vna cum *Campanil. & Barbosa*, ex Declarat. ipsius Sacræ Cardin. Congregat. addit, Equites S. Ioan. Hierosolymitani eisdem pœnis subijci.

23. *Peccant etiam Moniales mortaliter admittendo Religiosos & ignorantia ab ipsis Monialibus allegata peccatum ipsarum nõ minuit.*

Peccant etiam Moniales mortaliter, admittentes ipsos Religiosos, quia cooperantur eorum peccato, quod est mortale, vti dictum, & probatum est. Nec debent ipsæ allegare ignorantiam, quia patet, ipsam esse volitam; possent enim eam, & deberent tollere, sed negligunt; & si Confessarius eas monet, & arguit, nolunt eum audire, dicentes ei, quod impij dixerunt apud *Iob cap.* 21. *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* Et talis ignorantia, cum sit profecta ex mala inclinatione ad agendum, quod ipsæ volunt, peccatum earum potius auget, quam minuit; cognitionem namque præcepti, & obligationis ideo videntur respue-

re, vt

re; vt ablato eo quasi rationis fræno, sine conscientiæ remorsu liberius peccent. Nec dicant Moniales, ipsi Religiosi, qui nos alloquuntur, nobis affirmant, huiusmodi Decretum non obligare ad vllum peccatum, quibus acquiescimus; quia non ideo excusantur, cum videant alios Religiosos non accedere absque licentia ad Moniales alloquendas, & audiant quotidie suos Ordinarios Confessarios, qui absolute dicunt, eas peccare mortaliter, admittendo ipsos Religiosos sine dicta licentia ad loquendum. Sed miseræ nolunt intelligere, vt bene agant. Nomine Monialium veniunt etiam puellæ, quæ in Monasterijs educationis, vel institutionis causa commorantur; & etiam illas feminas, nuptas, & viduas, quæ ibi ob iustas, & honestas causas includuntur, vt testatur *Quaranta v. Monasteria Monialium; In Additionibus.* 24. *Nomine Monialiū veniunt etiam aliæ in Monasterijs degentes.*

Quare optime faciunt Superiores Regularium; vt suorum subditorum saluti consulant, dum pariter ipsi prohibent suis subditis supradictum accessum, queadmodum factum esse videmus in *Decretis Cap. Gen. Clericorum Regularium Theatinorum 1. p. de regendis Monialibus sub num. 2. ex Cap. Gen. de Anno D. 1610. his verbis. Sit autem omnibus notum Illustrissimos Dominos Cardinales Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium decreuisse iussu felicis recordationis Sixti Papæ Quinti; Anno Domini 1590. die 7. Maij. Neminem Regularium cuiusque ordinis, aut status, cum Monialibus loqui posse, vel quidquam cum eis agere absque Congregationis expressa facultate, qui secus fecerit, ne dum temporali pœna, sed etiam peccati mortalis vinculo sciat se fore astrictum, vt ipsamet Congregatio declarauit. Et ne detur vllus subterfugiendi locus, auctoritate nostra quãtum in Domino possumus, districte inhibemus, præcipimus, & mandamus in virtute Sanctæ obedientiæ, ne quisque nostrum absque expressa facultate Sacræ Congregationis, ac P. N. Generalis aliquo pacto, vel nomine inuisat, & alloquatur, aut cum his aliquo modo conuersetur.* 25. *Superiores etiã ipsorum Regularium accessũ ad Moniales suis subditis prohibent.*

Scribanus in suo Superiore Religioso lib. 2. cap. 20. Non solum Monialium, sed etiam aliarum feminarum visitationes à Superiotibus subditis esse prohibendas multis argumentis probat, asserens has omnes visitationes, quocunque demum prætextu illæ fiant, noxias esse. Quare admonet ipsos Superiores, vt visitationes omnino tollant, nullasque extra grauioris ægritudinis tempora, aut grauem aliquam aliam necessitatem permittant. Adeoque hic auctor æque eruditus, ac pius in hoc particulari præmit, & vrget, vt etiam afferat, & concludat, transgressores in aliorum exemplum, & terrorem graui pœna mulctandos, nullique quacunque prærogatiua fulgeat eruditionis, pietatis, ætatis, dignitatis, in hoc genere parcendum esse, neque vlla nimia hic seueritas 26. *Probatur à Superioribus non tantum Monialium, sed etiam aliarum feminarum visitationes subditis esse prohibẽdas.*

esse

esse potest, vt ille clementissimus censeri debeat, qui fortissimè punit, sæuitque in noxium membrum, ne contagione huius vniuersum corpus periclitetur.

27. Quid in Tractatu de Ira Dei Patriarch. Theupulus de Religiosorū cōsuetudine cum sæcularibus dicat.

27 Patriarcha noster Illustrissimus, & Reuerendissimus in suo vere aureo *Tractatu de Ira Dei*, qui dum hæc exaro, sub prælo adhuc est, & est prima, ac minima pars vastissimi illius Operis, quod ipse intra ipsa vastissima, & numquam interrupta Ecclesiæ suæ negotia, molitur; metaphora salis, dico, ostendit, quantum debeant religiosi homines à sæcularium consuetudine abhorrere. Euanescit, inquiens, sal, si mari admiscetur; fit sal ex aqua è mari separata, quod si mari iterum admisceatur, liquescit, defluit, & euanescit.

28. An Religiosi afficiantur censuris impositis ab Episcopis cōtra accedentes ad Monasteria Monialium sine licentia.

Quæri hic potest, vtrum Religiosi afficiantur censuris ab Episcopo impositis contra accedentes ad Monasteria Monialium
28 absque sua licentia; & respondetur affirmatiue, quo ad non exemptos, & negatiue quo ad exemptos. Obseruādum tamen est cum *Bonac. loc. cit. de Clausura. num.* 8. Religiosos hoc tempore alloquentes Monialem, etiamsi alloquantur in Monasterio Regularibus subiecto, puniri posse ab Episcopo *ex Const. Gregor. XV. in Bulla de exemptorum priuilegijs*, ibi. *Ad hæc tam Regulares, quam sæculares huiusmodi nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri se possunt, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subiectarum ab Episcopo loci similiter, tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.* Idem *Sacra Congreg.* decernit, & *Summus Pont. Vrb. VIII. anno* 1624. approbauit. Postea *Constit. fel. record. Gregor. XV. De exēptorum priuilegijs, &c. An Regularis absque legitima licentia accedens ad Monasterium Monialium Regularibus subiectarum, ibique in loco colloquijs destinato cum Moniali colloquens à Diœcesano Episcopo, tamquam Sedis Apostolicæ delegato coerceri, & puniri possit. Sacra Congregatio Cardin. Concil. Trident. Interpretum censuit, Posse, quam Congregationis sententiam Sanctiss. D. N. Vrbanus VIII. ad se relatam approbauit.*

29. Episcopi vltra ordinariam, & delegatam super Monialium Monasterijs sibi subiectis iurisdictionē habent.

Non videtur igitur amplius in dubium vocandum, an Episco-
29 pi super Monasterijs Monialium non exemptis, & sibi subiectis vltraordinariam, delegatam etiam à Sede Apostolica iurisdictionem habeant. *Graffius* etiam ante istam Constitutionem, *& suar. Decis. lib. 4. p. 1. cap. 6. num. 3. & lib. 2. cas. reseru. De allocut. cum Monialibus. capit. 5. numer. 23.* eamdem sententiam amplexus videtur, allegans ad hoc *Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 5.* quod incipit, *Bonifacij Octaui. Duardus* tamen super *Bullam Cœnæ lib. 1. cap. 1.*

Cap. 1. *quaest.* 3. *num.* 120. tenet, & tuetur contrariam opinionem, dicens, se re vera non videre, auctoritatem Apostolicam in ea re tribui Episcopis à *Concilio Trident. loc. cit.* Sed libenter concedimus, vigore Concilij id non congruere Episcopis, cum vigore Constitutionis Gregorianæ hoc idem eis conueniat. Omne priuilegium, & omnis exemptio est omnino sublata in materia Monialium per dictam Constitutionem, & iure quidem optimo, quia Religiosi debent esse extra consortium mulierum, & maxime Monialium, vt habetur *in multis cap. per totam* 18. *quaest.* 2. Nec aduersus hanc conclusionem militat, quod dici potest, quod scilicet Summus Pontifex hac sua Constitutione voluerit facere Episcopos sedis Apostolicæ delegatos solum in materia Monialium exemptarum, quia superfluum fuisset tribui talem facultatem Episcopis per Pontificem, cum eis à Concilio multo antea huiusmodi facultas esset concessa.

Notandum est hic etiam, licet verum sit, Religiosos exemptos ex vi præcepti, & iurisdictionis non teneri ad seruandas leges Synodales, & Episcopales, tamen ex vi iuris naturalis ipsos obligari, quando non derogant statui religioso, & spectant ad communem obseruantiam, & deuotionem totius populi, & Cleri. *Sic ex aliquibus Suarez de legib. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 9. qui tandem fatetur, ipsos Religiosos ad id teneri, saltem ad vitandum scandalum circa vsum, vel obseruantiam talium legum. Quod magnopere ponderandum est à nonnullis Regularibus, qui non magnopere pendunt Episcoporum statuta, & Constitutiones. Audiant isti, quid *In Actis Eccl. Brix. Tit. de Regularibus*, Episcopus Bollanus, alter Ambrosius nuncupatus, ab omnibus Monasteriorum Præfectis vehementer in Domino contendat; vt vnoquoque scilicet anno, prima Octobris, ac Martij mensis hebdomada suam de Regularibus Constitutionem, & eas, quas de Ecclesijs, ac Pœnitentia confecit, omnibus in suis Monasterijs degentibus in Capitulum conuocatis perlegant, omnique pietatis studio efficiant, vt quæ ijsdem Constitutionibus ad diuini cultus incrementum, & fidelium salutem seruari iubet, ab illis seruentur diligentissime.

16. *Quo iure Regulares teneantur ad seruandas leges Synodales.*

Cardinalis etiam noster Priolus Patriarcha æternæ memoriæ in sua 1. Diœcesana Synodo *cap.* 45. quid simile dicit, Non modicum, inquiens, auxilij Regulares afferre possunt Episcopis in vinea Domini excolenda, si memores fuerint eorundem Institutorum, qui verbo, & exemplo ad recte viuendi normam ciuitates, & Prouincias integras traxerunt, suique imitationem, & admirationem posteris reliquerunt. Moneemus propterea omnes Re-

gulares cuiusque ordinis, & instituti sint, vt nobis cooperatores, & adiutores se in harum animarum salute procuranda promptos, & fideles exhibeant, & exequutionem nostrorum, immo Apostolicorum mandatorum, quæ in hac Synodo promulgamus, diligenter procurent.

31. *Episcopi debent assumere Regulares, vt subsidiarios, & suos coadiutores.*

Non latebat prædictum Præsulem *Caput* 10. *Concil. Gener. Lateran. sub Innocen. III.* in quo Episcopis omnibus præcipitur, quod tam in Cathedralibus Ecclesijs, quam in alijs Conuentualibus assumant ipsi subsidiarios hos viros, potentes in opere, & sermone, ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum. Nec dedignentur Episcopi habere coadiutores, cum etiam ipse Deus velit habere suos, dicente *Paulo* 1. *Corint.* 3. *Cooperatores Dei sumus*. Vnde Clericos illos sæculares magna animaduersione, & castigatione dignos esse existimaui semper, qui Regulares à munere succurrendi animabus satagunt amouere.

32. *Ecclesia plus aliquando filiorum dissidijs, quam hæreticorum molestijs turbatur.*

Miserum certe est, vt scribit *Vuaddingus* super *S. Francisci opuscula Tom.* 3. *collat.* 12. inter eiusdem Ecclesiæ viros, eiusdem officij ministros versari discordias. Pudendum sane, sanctam Ecclesiam plus aliquando turbari filiorum dissidijs, quam hæreticorum molestijs; & plus aliquando laborare sub domesticorum æmulationibus, quam timere sibi ab hostium insidijs. Aliquando pacem habet Ecclesia, inquit *Bernardus*, *vel quis auctor est serm. ad Patres in Synodo*, apud extraneos, sed filij nequam, filij scelerati sæuiunt in eam, qui propriam matrem euiscerant, vt se pariant in honorem. In hunc collimare scopum deberent, sequitur *Vuaddingus*, vt habitantes vnanimiter in domo Dei cum consensu, opus Dei perficerent, & errantes apud Deum reuocarent. Malũ puto Monachum, qui sæculares odit presbyteros, & vilem iudico Clericum, qui laborantes secum in Euangelio Regulares, velut suos cooperatores, si quibus potest, non prosequatur beneficijs.

33. *Hoc subsidium à Regularibus Clericis sæcularibus præstãdũ præfiguratũ in Euangelio.*

D. Bonauent. in opusculo illo, quare Fratres Minores prædicant &c. etiam Apostolorum tempore præfiguratum in Sancto Euangelio hoc subsidium Religiosorum, seu auxilium à Regularibus præstandum Clericis sæcularibus ostendit ex illo piscatu Petri, quando Christus dixit, *Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Concludunt*, inquit *Luc. cap.* 5. *Piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt socijs, qui erant in alia naui, ut venirent, & adiuuarent eos, & venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas.* Mysterium ita exprimit Bonauentura, Mare est sæculum, Nauicula Petri est Ecclesia Fidelium populorum, Rete est Euangelij doctrina. Per iussum Domini tot piscium multitu-

do

do concluditur, quod rete rumpitur, quia tot ad fidem veniunt, quod eam etiam hæresibus scindunt. Sed cum Petrus cum suis trahere non valeret, annuerunt socijs in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos: quia Prælati Ecclesiæ cum Clero non sufficientes per se totã Plebium multitudinem trahere ad litus vitæ perpetuæ, annuerunt, admittendo, socijs religionis, scilicet Iacobo, & Ioanni, actiuis, & contemplatiuis, vt venirent compatiendo animarum periculis, & adiuuarent eos, tam illos, qui trahunt, quam illos, qui trahuntur, illorum sufficientiam, istorum indigentiam releuando. Ambas autem nauiculas implent, cum præ multitudine populi, nec Clerici, nec Religiosi plene sufficiunt omnibus satisfacere.

84. *Abstineant, & Regulares, & sæculares Sacer dotes à lapsib. suis propalan dis.*

Cedant ergo sibi mutuo Regulares, & sæculares Sacerdotes, si quis aduersus alium habet querelam, & cum ipsi Regulares sint in altiori statu perfectionis, quam Clerici sæculares, & Prælati infra Episcopos, vt probant communiter *Thomistæ*, libenter, tamquam perfectiones sufferant Clericos, cum in horum statu impedimenta imperfectionis non sint ablata, sicut sunt in Regulari. Abstineant quoque mutuo, per charitatem Dei, à lapsibus suis propalandis, cum hinc Catholicæ Fidei hostes soleant occasionem arripere, non solum contra Sacerdotes, sed etiam contra Sacerdotium ipsum multas euomendi blasphemias. Videat Lector apud Roestium *in posteriori lib. Apol. pro domo Lauretana, cap. 14. & 15.* quid nouissime *Berniggerus* ex nostratibus auctoribus, qui Ecclesiasticorum vitia, sub occasione Poematis, Historiæ, vel Concionis carpere voluerunt, elicere tentauerat. Hic Nouator inter alias etiam istam profert blasphemiam, quod nos Sacerdotes remissionem peccatorum faciamus venalem. Sed inimicus hic noster, & contrariæ Religionis. Sed quis crederet ab amico, & eiusdem Catholicæ Fidei consorte contra nos Clericos sæculares quid simile scriptis fuisse prolatum?

85. *Cur Pontifices Romani iusserint in fabulis Boccacij Sacerdotum, Monachorum, & sanctimonialium nomina deleri.*

Bellarminus in Append. ad lib. de Summ. Pont. cap. 22. rationem affert, cur Pontificum iussu fabulæ Boccacij ita corrigantur, vt vbique nomina Sacerdotum, Monachorum, sanctimonialium, aut deleantur, aut in alia commutentur; quia vulgus, cuius manibus vulgares huiusmodi teruntur assidue, vitium à persona, & mores à dignitate nescit secernere. Si Sacerdotes, & Monachos flagitiorum, & scelerum argui vident, facile Sacerdotium ipsum, ac Monachatum contemnit; nec cogitat, quod paucorum est, non esse omnibus distribuendum, neque ordinis sanctitatem personarum vitijs inquinari; nec pauci sunt, qui Sacerdotum vitia libentius, multo quam virtutes imitari velint; quin etiam licere

sibi credunt, quod Sacerdotes, siue recte, siue perperam agunt. Ponderemus, obsecro, Patres, & Fratres, verba *S. August. epist. 15. ad Hieron.* Heu mihi, inquit Augustinus, qui vos simul alicubi inuenire non possum; forte, vt moueor, vt doleo, vt timeo, prociderem ad pedes vestros, flerem quantum valerem, rogarem quantum amarem; nūc vnumquemque vestrum pro se ipso, nunc vtrumque pro alterutro, & pro alijs, ac maxime infirmis, proquibus Christus mortuus est; qui vos tamquam in theatro vitæ huius cum magno sui periculo spectant, ne de vobis ea conscribendo spargatis, quæ quandoque concordes delere non poteritis.

36. *Quid Augustinus de Hieronymo, & Ruffino inter se discordibus scripserit.*

Sic Augustinus de Hieronymo, & de Ruffino; sed non potuit Pater meus Hieronymus non inuehi in ipsum Ruffinum, cum hic eum inter cetera in suspicionem Origenis errorum inuoluere tentauerit. Quare vir sanctus ex amicorum litteris certior de his factus, omnes eius calumnias refellere coactus fuit; & modo clypeo, modo gladio vtens, ita semet tueri, vt aduersarium, nihil ille parcens, omnino prosterneret, ac necaret. Sed nec ob id reprehendendus est Hieronymus, quia, vt scribit ipsemet Ruffinus, licet gloriosum sit Christi exemplo, patienter iniurias tolerare, tamen vnam notam hæreseos qui ferat, vel dissimulet, non est Christianus. Et Hieronymus quanta maxima potest animi contentione, clarissima exclamat voce, Nolo in suspicione hæreseos quemquam esse patientē. Et tamen nolebat falsis accusationibus Ruffini respondere Hieronymus, vt ipsemet testatur in sua Apologia aduersus ipsum Ruffinum, dum sic scribit, Testem inuoco Iesum conscientiæ meæ, qui & has litteras, & suam epistolam iudicaturus est, me ad commonitionem Sancti Papæ Chromatij voluisse reticere, & finem facere simultatum, & vincere in bono malum; sed quia minaris interitum, nisi tacerem, respondere compellor, ne videar tacendo crimen agnoscere, & lenitatem meam, malæ conscientiæ signum interpreteris.

37. *Hieronymus coactus in Ruffinum inuehitur.*

Non silebo quid circa huiusmodi particulare fecerit S. Gregorius Archiepiscopus Nicopolis in Armenia. Hic enim Catholicissimus Præsul, vt habetur in eius vita, cum quadam die Veneris ad Pithiuerensem Ecclesiam orandi causa more solito deueniret, occurrit ei tam pauperum, quam diuitum puerorum non minima multitudo, quem disrupta veste cernentes indutum, post eum vociferari cæperunt, putantes eum insanum. Tunc quidam Horttrammes nomine forte reuertens à foro venali per eundem vicum, per quem seruum Dei pueri deridendo insequebantur, pernam lardi ad domum suam deferebat. Qui videns eum puerorum clamoribus fatigatum, ait, o stolidissime hominum, cur

38. *Quid egerit Gregorius Archiepisc. Nicopolis, vt suspitionē hæreseos à se expelleret.*

Ita relicta cellula, quasi insanus discurris per oppidum? Et multis conuicijs afflictum, tandem eum hæreticum, quod carnem manducare nolebat, appellauit. Cui ille, hactenus, inquit, iniurias à te illatas patienter sustinui, hoc vero quod me hæreticum nominasti, nullo modo sufferre potui, hæreticus enim à Deo separatus dicitur. Nolo autem separari à Deo meo, pro cuius nomine hæc omnia patior. Quo dicto, cum magno impetu pernam lardi, quam tenebat manu abstrahens, in conspectu omnium eam quamuis crudam manducare cœpit. Mox iniuriarum illator pœnitentia ductus, ad sancti viri pedes corruit, veniam impetraturus, qua impetrata vir sanctus rediјt ad propria.

Sed ad nos, habet, & Regulares, & sæculares Sacerdotes, vnde potius laudentur, quam vituperentur. Multa enim eis suppetit 39.
in Domino gloriandi materia, & absque alterius vituperio. Vigeat ergo, floreat (vt cuiusdam grauis auctoris in re simili versantis verbis vtar) exaltetur, & digne commendetur omni laude maior ipse Regularis ordo, cuius doctrinam, disciplinam, dignitatem merito omnes attollant, sed nemo sufficienter poterit exprimere; at, vt ille commendetur, oportebit, vt sæcularis Clerus vituperetur? An illius laus ex istius crescit iniuria? An magnitudo ex huius humilitate?

Multa, tā Regularibus, quā sæcularibus Sacerdotibus suppetit materia in Domino gloriandi.

Semper ego veneratus sum Regulares, & numquam in animo habui impugnandi eorum priuilegia, sed tantum, cum occasio se se obtulit, propria tuendi. Confessus sum pariter, eorum pri- 40.
uilegia esse remuneratoria, & per consequens iure irreuocabilia. Nam satis patet, data illis fuisse in præmium laborum, quos in Dei Ecclesia ab ipsa institutione pertulerunt. Tanta enim, tamquam aperta sunt merita Regularium, & seruitia Ecclesiæ Dei facta, vt nemo sit, qui ea ignorare inculpabiliter possit. Dicamus igitur cum ipsis Regularibus, decere scilicet supremum Principum omnium priuilegium tot familijs sæpe concessum sartum tectumque perpetuo habere, vtpote suæ Maiestati, ac Beatitudini fidelissimis, & obedientissimis, & qui ob eius honorem laborare numquam cessabunt. Addam ego, manifestum esse, tam sanctæ Sedis interesse habere permultos immediate subditos, tam Regularibus ipsis maxime expedire esse exemptos, vt sic quietius sub vmbra, & protectione sanctæ Sedis Officio, Religioni, & contemplationi vacent.

Regulares multis priuilegijs ob seruitia Ecclesia Dei facta gaudent.

Qui vult videre amplissima priuilegia Regularium, legat *Peregrinum in suo Compendio*, qui ea collegit, digessit, & Scholijs illustrauit. Huiusmodi priuilegia per communicationem Religiones ex indultu Apostolico sibi inuicem communicant, & non solum

lum hucusque concessa, verum etiam & concedenda. Ideo interrogatus, an Congregatio Cruciferorum haberet talem communicationem, respondi, me dubio procul credere, quod sic, cum ipsa sit vna ex duodecim insignioribus Congregationibus Regularium. Postea legens Bullarium, inueni Bullam editam *anno* 1591. incipit *Romanus Pontifex.* In qua Gregorius XIV. felic. recordat. confirmat priuilegia ipsius ordinis Fratrum Cruciferorum, & cômunicationem gratiarum ordinibus Religiosorum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium concessarum, & concedendarum ad eumdem ordinem extendit. Hoc totum mihi adfirmarunt PP. ad Reuer. D. Reginaldus Sartorellius, & D. Antonius Priolus eiusdem Congregationis Sacerdotes, quos hic honoris gratia compello; cum ipsi (vt de alijs modo taceam) sint, quasi duo candelabra lucentia in hac nostra insigni Ecclesia Cruciferorum, & in Sanctissimis Sacramentis administrandis, & in cœrimonijs, ad Dei cultum rite peragendum necessarijs, instaurandis.

41. *Congregationi Cruciferorum confirmata priuilegia à Greg. XIV.*

Concludam igitur cum *Aluarez de vita spirituali lib. 2. p. 5. cap.* 35. Dominum Ecclesiam alio exercitu fortissimorum subsidiariorum militum muniuisse, si forte alij dici possunt, qui ab Ordinarijs militibus maiori dumtaxat vitæ puritate, & strictiori bene viuendi obligatione; non vero aut natura, aut lege, aut fine secernuntur. Dedit adiutores statui Clericorum, vt eum suo exemplo ad præliandum, & vincendum incitarent. Misit Sacerdotes fidelibus suis; qui non spe lucri, sed diuini amoris obtentu, non propria voluntate, sed Prælatorum iussu, non virtutibus destituti, sed vestimentis animæ, spiritualibusque donis ornati, ad gradum Sacerdotalem suscipiendum accedunt; cuius ministeria, ab occasionibus incontinentię sequestrati, sine vlla cura diuitiarum, sine vllo impedimento ambitionis, sine vllo desiderio inanis honoris exequuntur.

42. *Dominus Ecclesiam alio exercitu subsidiariorum militum, Regularium scilicet, praemiuit.*

Quod si tales essent Regulares, de quibus modo est quæstio, non accederent certe ad colloquendum sine licentia cum Monialibus, etiamsi nulla Papalis, aut etiam Episcopalis extaret prohibitio; & tamen vltra Papalem extat quoque Episcopalis. Nam Cardinalis Priolus Patriarcha felic. mem. Anno 1594. Non. Iulij, prohibuit accessum sine legitima licentia ad Monasteria Monialium Clericis sæcularibus sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ; & Regularibus sub pœna interdicti à suis Patriarchalibus Ecclesijs, & suspensionis ab audiendis sæcularium Confessionibus. Quod Decretum si per modum statuti, seu perpetuæ Constitutionis latum fuit, adhuc permanet in suo robore, cum similis

43. *Vltra Papalē prohibitionem extat etiam Episcopalis prohibitio alloquendi Moniales.*

milis Constitutio sit lex, quæ perpetuo durat, nisi reuocetur, vt testatur *Abbas in cap. à nobis, num. 12. de sent. excom.*

Semper locutio cum Monialibus strictissime prohibita fuit, & præcipue Regularibus, vt videre est apud *Barbosam de offic. & potest. Episc. p. 3. Alleg. 102. num. 71.* vbi etiam probat, laicos quoque posse à Iudice Ecclesiastico puniri, si dum moniti fuerint à Monasterijs Monialium non se abstinuerint. *Stephanus Gratianus Disceptat. forens. Tom. 2. cap. 3. quæst. 3.* etiam tenet, & probat, Episcopi statutum, in quo excommunicantur accedentes ad Monasteria exempta Monialium subdita Regularibus, qui non subsunt iurisdictioni Episcoporum, existentia intra suam Diœcesim valere, & ligare subditos, & non subditos accedentes ad talia Monasteria; Nam ex quo Episcopus imponit pœnam eunti ad Monasterium, istud ire est delinquere; & sic delictum est factum in loco non exempto, licet delictum sit consummatum in loco exempto; vnde Ordinarius poterit etiam punire. Sed aduertendum est, quod requiritur, quod statutum exprimat, ne quis accedat ad Monasteria exempta. Sed modo nulla Monialium Monasteria exempta sunt in his, quæ pertinent ad accessũ ad talia Monasteria, vti vidimus.

44. *Laici etiam, si non abstinuerint moniti à Monasterijs Monialium, à Iudice Ecclesiastico puniri possunt.*

Quod autem spectat ad Clericos sæculares, Illustrissimus Patriarcha noster ipsos Clericos accedentes sine licentia ad alloquendas Moniales, suspensionis censurã ipso facto incurrere decernit; licet vno, ac altero verbo ipsas Moniales alloquantur. Et quamuis ipse Superior videatur nimia seueritate hic vti, tamen si finis suæ legis ponderetur, fateri cogemur, ipsũ optime fecisse; nam longe melius est, seuerum esse cum animarum sibi subditarum salute, quam blandum, mollemque cum interitu. Potest Episcopus prohibere, vel præcipere aliquid sub maiori censura, & eo ipso illud præcipere, vel prohibere sub mortali, quamuis secundum se sit indifferens, & non mortale, vt scribit *Bonacina de cens. Disput. 1. quæstio. 1. puncto 3. num. 8.* Ponit exemplum, ferre arma ex suo genere non est mortale, nihilominus eo ipso, quo Superior sub maiori aliqua censura prohibet, ne ferantur arma, prohibet sub mortali, quamuis hoc non exprimat in sententia censuræ; Ratio est, quia qui vult aliquid, censetur etiam velle omne necessarium ad illud, quod intendit, *cap. præterea, de offic. deleg.* ergo qui vult transgressorem præcepti ligare maiori censura, vult etiam transgressionem illius præcepti esse peccatum mortale, modo posito illo præcepto materia præcepta, vel prohibita non remaneat adhuc leuis in se, & per ordinem ad finem, propter quem præcipitur, vel prohibeatur sub maiori censura. Sic & in casu no-

45. *Clerici sæculares, accedentes ad colloquendum cum Monialibus suspensionem incurrunt.*

46. *Potest præcipi res indifferens, vel prohiberi sub mortali.*

su nostro, vt per se patet; nam Patriarcha noster prohibet sub censura suis subditis vnici verbi etiam prolationem cum Monialibus quæ licet secundum se sit leuis, attamen fit grauis ob circumstantiam, vel ob finem ab ipso Superiore intentum. Idem accidere potest, quando Superior præcipit Clerico, ne comam gestet; licet enim portare comam non sit de se mortale, nihilominus fit mortale per ordinem ad finem à Superiore intentum, vt ob vitandum scandalum, &c.

47. *An Episcopus in aliena Diœcesi alloqui Moniales sine licẽtia possit.*

Quærit *Gratianus loc. cit. num.* 1. An Episcopus in aliena Diœcesi possit accedere ad Monasterium Monialium, ac eas alloqui absque licentia eorum Ordinarij, vel Superioris, & respondet videri concludendum negatiue; statim enim, ac ille est extra suam Diœcesim, dicitur priuata persona, exemplo Præsidis, qui si Prouinciam suam excesserit, habetur pro tali, *leg. 3. ff. de offic. Præt. Nauar. cons.* 14. *num.* 4. *de clandest. despons. lib.* 4. *post Glos. in cap.* 1. *in verbo excommunicentur, in fin. de raptor.* vbi ex hoc concludit, quod si Archiepiscopus committit crimen in Parochia alterius Archiepiscopi, vel Episcopi suffraganei alterius Archiepiscopi, poterit tunc iudicari ab illo Archiepiscopo, seu Episcopo, argumento *cap. duo 96. distinct.* quasi ratione delicti efficiatur minor, & priuata persona. *Abb. in d. cap.* 1. *in fin. de raptor. Innoc. in cap. cum inferior de maior. & obed.* Vnde *Constit. Bonifacij Octaui*, de qua *in cap. vnic. de statu Regular. in 6.* innouata per *Conc. Trid. sess.* 25. *cap.* 5. *de Regular.* includit etiam Episcopos ingredientes Monasteria sibi non subdita sine licentia Superioris in scriptis obtenta.

48. *Episcopus extra suam Diœcesim prædicare non potest absque licẽtia Summi Pontificis, & Ordinarij loci.*

Hinc etiam non concedi prædicationem Episcopo extra suam Diœcesim concludit idem *Gratianus*, cum possit prohiberi ab Ordinario, cuius est Diœcesis; ideo debet seruare dispositionem *Concil. Trident. sess.* 5. *cap.* 2. *de reformat.* prout ita declaratum fuisse per *Sanctiss. mem. Clem. VIII.* testatur *Praxis Archiepiscop. Neap. cap.* 58. vbi habetur, quod Episcopus Aliphanus obtinuit à Summo Pontifice licentiam prædicandi tempore Quadragesimæ in Ecclesia D. Mariæ Annunciatæ, & tamen opus fuit, quod peteret etiam licentiam à Vicario Generali d. Archiepiscopatus iuxta *Concil. Trident. cap.* 5. quod etiam voluit *Cardin. in Clement. Dudum, §. ab olim, col.* 3. *quæstio.* 6. *num.* 7. *de sepultur.* ex dictis etiam colligi posse videtur, non posse Episcopum extra suã Diœcesim absque speciali Summi Pontificis licentia prædicare.

Sed iam finem imponamus huic quæstioni, concludenter asserentes, quod Decretum toties hic repetitum obligat sub mortali transgressores, qui sine legitima licentia accedunt ad Monasteria

tia

tia Monialium, & ipsas alloquuntur. Hæc licentia dari potest per Summum Pontificem, per Sacram Congregationem, & modo etiam per Episcopum. Nam à Sacra Congregatione Cardinalium 12. *Kal. Decemb.* 1623. *de mandato D. N. Vrbani VIII.* concessum fuit Episcopis, vt licentiam dare valeant Religiosis alloquendi Moniales, seruatis certis Regulis, & conditionibus, vt patet ex ipso Sacræ Congregationis Decreto, ibi; *Vt quatenus visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quattuor vices ad summum quolibet anno cuique Regulari, vt Moniales sibi in primo, & secundo tantum consanguinitatis gradu coniunctas conuenire, & alloqui possit. Id vero non aliter, quam seruata ad vnguem forma infrascripta; vt id nullo modo liceat diebus festiuis, aut in Aduentu, Quadragesima, Feria sexta, Sabbato, & vigilijs; prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, aut ab illo, ad quem spectat eam concedere, consignetur Confessario ordinario Monasterij, qui penes se retinere debeat, isque associet, & præsens sit, & Auscultatrices de more, non autem aliæ assistant; prædictaque licentia pro die, & hora certa, vt in scriptis concedatur, in libris Cancellariæ eiusdem Ordinarij annotetur. Quod si prædicti locorum Ordinarij per plures vices, vel in vlteriori gradu coniunctis, aut aliter quam seruata forma supradicta, licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis S. D. N. & Sacræ Congregationis transgressores, iudiciumque reformident; Regulares autem pœnis in supradicto Decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, eo ipso se nouerint esse addictos, & arbitrio Sacræ Congregationis seuerius puniendos. Romæ* 12. *Kal. Decemb.* 1623.

49. *Per quos dari possit Regularibus licentia alloquendi Moniales.*

Vnde vel ex hoc solo Decreto colligi liceret resolutio nostra, quod Regulares scilicet peccent mortaliter, accedendo ad Monasteria Monialium, cum videamus hic tot conditiones ad obtinendam supradictam licentiam requisitas, vt non concedatur omnibus Regularibus indifferenter, sed solum illis, qui in primo, & secundo gradu consanguinitatis Monialibus sunt coniuncti, quod non omni tempore, & ad libitum Ordinarij, sed certis dumtaxat diebus, immo certis determinatis horis, & per quattuor vices ad summum quolibet anno, cum assistentia Confessarij ordinarij, & Ascultatricũ. Terrendo insuper (quod quidem mirum est, & signum manifestum intentionis legislatoris volentis obligare quantum potest, omnes personas contentas in Decreto ad omnimodam obseruationem ipsius) Ordinarios ipsos S. D. N. & Sacræ Congregationis iudicio, ac Regularibus comminando vltra pœnas in primo Decreto, & eius declaratione contentas, seueriores etiam ipsius Congregationis arbitrio imponendas, ac si nullam ipsi Regulares licentiam obtinuissent. Sic punctualiter

50. *Cōditiones ad obtinēdam supradictam licētiā requisita.*

L præ-

praćticatur in hoc Palatio Patriarchali, pœnis etiam afficiendo, tam Regulares, quam Confessarios, qui aliter, quam seruata forma supradićta huiusmodi licentijs vti ausi fuerint, vel vti permiserint; Insuper expresse Concionatoribus prohibendo omnem prorsus allocutionem cum Monialibus post Concionem; & iure quidem, quia Concionatores alloquendo sic Moniales, violarent Decretum Congregationis, vt docet *Barcus in Speculo Monialium cap. 19.*

Hinc etiam patet, quam strićte obseruetur supradićtum Decretum in hac nostra Diœcesi. Quare non potest ab vllo in dubium vocari eius vsus, sicut à nonnullis Regularibus paucis ab hinc diebus factum esse mihi affirmatum fuit à quodam Confessario ordinario Monialium; qui dum ipsos Regulares sine licentia colloqui cum suis Monialibus reperisset, in suam ipsorum excusationem ipsi huius Decreti non vsum afferre non erubuerunt. O quam verum est inueniri aliquos, qui quo liberius id, quod cupiunt, exequantur, eo licet reluctantem animum cogunt, vt legis vim à se excutiant. Quis, obsecro, ignorat, Decretum, de quo loquimur, vsu fuisse receptum hic Venetijs ab omnibus; cum in hac nostra Cancellaria Patriarchali seruentur innumerabiles licentiæ, quibus, vel à Sacra Congregatione, vel à Legato Apostolico, vel denique ab ipso Patriarcha conceditur facultas alloquendi Moniales supradićtas Regularibus omnium Ordinum, qui intra hanc nostram Diœcesim Monasteria possident.

51. *Decreti supra dicti non vsus minime allegari potest.*

Nec potest quis allegare ignorantiam huius Decreti, allegans pro se *cap. 1. de concess. praben. in 6.* vbi sic habetur, quod Lex, seu Constitutio, & mandatum nullos adstringunt (ačtu secundo, id est, vt re ipsa aliquem obligationem præcepti constringat) nisi postquam ad notitiam peruenerit, quia ibidem statim subiungitur, aut nisi post tempus, infra quod ignorare minime debuisset. Et si quis diceret saltem in aliquo dubio relinqui, num istud Decretum sit receptum; respondere, quod concesso etiam hoc, nihilominus adhuc obligaret; quia constat, quod in dubio, an lex recepta sit, necne pro ipsa præsumendum esse; vt qui eam in fauorem suæ causæ allegat, intentionem fundatam habeat, onusque probandi in aduersarium reijciat, qui legem receptam negat, sicut notauit *Rodriquez Tom. 1. quæst. 6. Reg. quæst. artic. 11.* & est *Bart. l. illa, num. 5. ff. de verb. obligat.* quem sequitur *Rollandus à Valle consil. 90. num. 53.* Aduertendum est etiam ex *Sylu. in sum. verb. Lex, num. 6.* quod licet lex Principis, etiam præceptiua tollatur, si moribus vtentium non recipiatur, tamen quotiescunque lex Principis est talis, quæ ex sui natura peccatum ex contrauentione

52. *Ignorãtia Decreti huius à nemine allegari potest.*

tione inducit, non tollitur per non vsum. Et quis non videt legem de non alloquendis Monialibus sine licentia proprie esse huiusmodi? Ipsimet Religiosi, qui contrarium tuentur, sint testes, ipsorum conscientiam conuenio, ipsis rem totam libens committo. Nihil aliud dicam, ipsimet sint judices.

Notissimi iuris est, fateor, legem, & decretum, etiam latum à Concilio Generali, si non fuerit vsu receptum, non obligare, vt nouissime ex multis Doct. concludit *Sanctarellus Tract. de blasphemia cap. 7. num. 2.* Huiusmodi autem non vsus legis dicitur desuetudo, quando scilicet elapso promulgationis tempore, populus perseuerat in eo agendo, quod antea solebat. *Filliucius Tom. 2. Mor. quæst. Tract. 21. cap. vlt. num. 430.* hoc inter desuetudinem, & consuetudinem ponit discrimen. Primo enim desuetudo est non vsus legis, consuetudo est vsus contrarius legi. Secundo, primi, qui frangunt legem vsu non receptam, non peccant; vel quia cum ea tacita conditione lata est, vt non prius obliget, quam vsu sit recepta, siue quia adest tacita permissio Principis: at primi, qui consuetudinem inducunt, peccant contra legem. Tertio, desuetudo etiam per errorem, & ignorantiam inducta vim habet, vt consuetudo non nisi à scientibus, & volentibus induci potest. Quarto, consuetudo non habet vim ab initio, nisi sit continuata per præscriptionem; at desuetudo habet vim ab initio. Quinto, consuetudo tollit, & abrogat legem vsu receptam, at desuetudo impedit tantum, ne vim sumat. 53. *Lex si non fuerit vsu recepta, non obligat.*

Laymann in sua Theologia Moral. lib. 1. Tract. 4. cap. 3. num. 4. sic argumentatur à consuetudine ad desuetudinem; Si enim iam lex recepta, & vsu confirmata per contrariam consuetudinem abrogari potest, iuxta *cap. vlt. de consuetudine*, multo magis ab initio per non vsum derogari potest. Quare mirandum etiam non est, plus tempus (videlicet 40. annorum spatium) requiri ad abolendã via præscriptionis legem Ecclesiasticam receptam, quã non receptã; quia illa plus, quam hæc roboris, & firmitatis obtinet. Sed & si fortasse primi, quibus lex data fuit, præsertim Metropolitani, Episcopi, &c. peccarint, eam non recipiendo, & in vsum deducendo; horum tamen successores, si Pontificiam verbi gratia Constitutionem post longam temporis moram numquam in Diœcesi receptam, vel obseruatam videant, per non vsum titulo præscriptionis sublatam credere possunt. Hucusque Laymann, qui etiam ex hoc infert, eas (verbi gratia *Trident. Concil.*) Constitutiones, quæ hactenus in Diœcesibus receptæ, aut in praxim deductæ non sunt, vim obligandi non habere, vt neque Doctores ex Cathedra quæstiones decidere, multo minus Iudices in foro externo, vel 54. *Vtrum lex per contrariam cõsuetudinẽ possit abrogari.*

interno causas definire debeant, secundum leges non receptas, vt ait *Nauar. conf. 1. de constitu. quæst. 7. & 8.* & docet *Salas de legibus disput. 13. sect. 3.* quamuis optimum sit consilium, vt Episcopi saluberrima illa reformationum Decreta, quæ hactenus in suis Diœcesibus recepta non sunt, vltro in obseruantiam deducere conentur.

Sed quid agendum esset, si Decretum aliquod Concilij, verbi gratia Decretum ipsius Concilij, in quo præscribitur forma con-

55. *Vbi non potest obseruari forma contrahendi matrimonium, seruetur in eo, in quo potest.*

trahendi matrimonium, fuisset in aliqua Diœcesi publicatum, & receptum, & non posset obseruari forma à Concilio præscripta, quia ibi non extat Parochus. Tunc sufficeret, vt seruaretur dicta forma in eo, in quo posset, nempe adhibitis saltem duobus testibus, vt declaratum est per *Cardin. Concil. Trident.* interpretes pro Belgio, vt testatur *Zypæo in Iure Pont. nouo, lib. 4. num. 16.* Vbi etiam recitat aliam declarationem eorumdem Cardin. in qua decernitur, Hæreticos, vbi supradictum Decretum Concilij est pu-

56. *Matrimonia hæreticorũ qua forma contrahenda;*

blicatum, teneri formam obseruare, & propterea ipsorum matrimonia absque forma Concilij, quamuis coram ministro hæretico, vel magistratu loci contracta, nulla, atque irrita esse. Ex qua declaratione colligitur solutio illius solemnis quæstionis, An hæreticos coniuges coniungendo Catholicus peccet Parochus?

Serarius in suo opusculo de Catholicorum cum Hæreticis matrimonio cap. 3. num. 21. ponit quæstionem hanc in terminis, & conclu-

57. *An peccet Parochus hæreticos coniungendo coniuges.*

dit, peccare grauiter Catholicum Parochum hæreticos coniungendo coniuges. Ratio, quia qui graui peccato cooperatur, aut consentit, grauiter peccat, *Rom. cap. 1. & cap. 1. de offic. deleg. & cap. notum 2. quæst. 1.* Sed hæreticos matrimonio coniugens, Parochus Catholicus id ipsum agit, ergo. Probat assumptionem duabus conclusionibus, vt videre est apud ipsum *cap. 2.* Putat *Serarius* igitur Parochum cooperari matrimonio hæreticorum, non quidem quia sit minister, vt existimauit *Canus*, sed quia in genere causæ materialis, aut dispositiue, aut tamquam causa sine qua non concurrit, quatenus eius præsentia reddit habiles contrahentes, qui sine illa habiles non essent ad matrimonium post legem Tridentini. Cum ergo contrahentes peccent, assistere Parochum illorum matrimonio est eorum peccato cooperari, quod non licet.

Ceterum *Basilius Pontius in Append. de matrimon. Catholici cum hæretico, cap. 9. §. 1. num. 4. & seq.* existimat, nullum esse peccatum Parochi, quod assistat istis matrimonijs. Mouetur fundamento opposito fundamento Serarij. Quia Parochus assistens non cooperatur illicitæ celebrationi matrimonij; ergo non pec-

cat, dum assistit. Antecedens probat, tum quia ille est tantum testis qualificatus cum potestate substituendi. Alioquin dicendum esset alios etiam testes peccare, dum assistunt illi matrimonio, quod Serarius negat. At quamuis inter Parochum, & testes conetur assignare discrimen, tamen quantum ad hoc nullatenus discriminantur. Tam enim Parochus, quam testes reddunt contrahentes habiles ad matrimonium, neque Parochus sine testibus, neque testes sine Parocho sufficerent. Si ergo, quia Parochus reddit illos habiles ad sic contrahendum, ideo Serarius putat eum esse causam cooperantem, idem etiam de testibus affirmare deberet; quod si testes non cooperantur celebrationi matrimonij, neque Parochus. Tum præterea probat idem Pontius idem antecedens, scilicet, non cooperari Parochum illicito matrimonij contractui, quia Parochus non assistit actui de se malo, sed quem culpa sua contrahentes praue faciunt, cum possent honeste facere. Ea autẽ est regula generalis, quoties vel peto actum, vel ministro actui, quem posset alius bene præstare, & sua culpa facit male, non dicor ego cooperari peccato illius, sed à culpa sum immunis omnino. Hoc explicat *Pontius lib. 5. de matrimonio cap. 18.* innumeris exemplis, & in petitione mutui ab vsurario, & Sacramenti ab excommunicato, & venditione agni immolandi à Iudæo, quem scit venditor ad immolandum emere, & locatione domus meretricibus, & remigatione Christianorum captiuorum apud Turcas contra Christianos, & alijs multis.

Concedit *Pontius* peccare contrahentes solum, quando ex his alter Catholicus est, alter vero hæreticus, & hic conuersionem non promittit, neque offert eius verosimilem spem. Serarius vult etiam contrahentes peccare, licet sint ambo hæretici. Sed esto peccent contrahentes, non peccat tamen Parochus, ipsos coniungens, immo peccaret, si non coniungeret tales contrahentes, cum illorum matrimonium aliter contractum esset inualidum, vti vidimus declaratum à *Sacra congregatione Concilij*, & sic ipsi contrahentes viuerent in perpetuo concubinatu. *Serarius* docet, Parochum debere, dum hos coniungit, aperte, & clare profiteri, se contractum illum non nisi quatenus naturalis est, aut præcise mysticus, approbare. Quod autem pertinet ad benedictiones, dicendum ad valorem matrimonij necessarias non esse, & ideo sine illis constare tale matrimonium. Ex eo igitur, quod ista coram hæretico sine peccato fieri non possunt, non recte colligit *Serarius*, non posse hæc matrimonia sine peccato fieri, cum contractus matrimonij ante benedictionem sit omnino perfectus, vt ait *Pontius*; qui etiam concludit, Missam ex nulla causa celebrari pos-

58. *An ipsi contrahentes hæretici peccent.*

59. *Peccat Parochus non coniungendo tales contrahentes.*

se coram hæretico, neque ex grauissimo metu.

Quod de Parocho dictum est, idem omnino de Episcopo dicendum, qui præbet licentiam ipsi Parocho assistendi hæreti-
60. *Non peccare Episcopus præbendo licentiã assistendi hæreticorum connubio.*
corum connubio, est enim par ratio. Et licet in hoc differat Episcopus à Parocho, quod Episcopus ratione sui officij teneatur impedire, ne talia matrimonia contrahantur, quoad fieri possit; nihilominus tenendum est, ipsum satisfacere suo muneri, si conetur impedire. Quod si impedire non possit, non peccabit tolerando eorum coniugiorum celebrationem, vt etiam ipse *Serarius* concedit, allegans iuris regulam, quod impossibilium nulla est
61. *An supponendum, Episcopos posse impedire istas hæreticorum cõiunctiones.*
obligatio. Quod vero supponat ipse *Serarius*, quod ex hypothesi Episcopus potest impedire istas hæreticorum coniunctiones, falsa est hæc suppositio, vt patet; nam ipsi hæretici sic non admissi à Catholicis Antistitibus ad taliter cõtrahendum matrimonium, magis à Catholicis disiunguntur, & pæne faciunt, vt Iudæi, qui suos ipsi cœtus habent, per se ipsos suas nuptias agitantes. Id omne sequitur, quando matrimonia supradicta contrahuntur in locis, in quibus Tridentinum promulgatum, & vsu receptum est. Nam si contraherentur vbi dictum Concilium nondum promulgatum est, sini possent hæretici suo more nuptias agere, nullo Catholico Parocho præsente, nullo publico in Catholicis templis ritu, precatione, & approbatione solemni nulla, vt docet idem *Serarius*. Sed redeat iam, vnde digressa est oratio, & huiusce quæstionis, sicut & ceterarum totum iudicium penes Superiores, & doctiores sit.

Vtinam omnes intelligerent, quantum obseruatio *Trid. Conc.* sit conducibilis, non solum spirituali bono, sed etiam temporali.
62. *Concilij Tridentini obseruatio, nõ solum spirituali, sed etiã temporali bono conducibilis est.*
In eo namque, vltra fidei dogmata firmata, multa constituta sunt ad abusus, & corruptos mores Clericorum, & laicorum reformandos. Considerent, quæso, cuncti mortales congregatorum Patrum in ipso Tridentino Concilio qualitates, quæ gentium varietas, qui delectus Episcoporum totius orbis, qui Regum, & Rerumpublicarum splendor, quæ medulla Theologorum, quæ sanctitas, quantus labor, quam infinita lectio, quantæ virtutum, & studiorum diuitiæ, augustum illud sacrarium impleuerint. Intellexit hoc Cæsar, qui Theologis, & Iurisperitis electis à se missis reuersis, ita gratulatus est, Aluimus vos in schola
63 *Hostes Ecclesiæ semper Generalibus Concilijs inuiderunt.*
optima.

Huic Sacro Concilio nouissime inuidisse Apostatam Spalatensem ex sua falsa ipsius Concilij Historia colligitur. Hic semper Ecclesię truculentorum hostium mos fuit; vt de Maximino Imperatore testatur *Eusebius lib. 9. Histor. c. 2.* & *Nicephorus lib. 7. c. 25.*

qui

qui inuidens Ecclesiæ Catholicæ vberrimos, quos in Concilijs prouentus reportabat, sæuissime interdixit omnes Conuentus sacros; quamuis non propterea Patres illius temporis abstinere voluerunt ab illis, sed tanquam superne acti imminentia pericula negligebant, & Conciliornm celebrationi, pro vt opus erat, insudabant. Sunt igitur Concilia opportune conducentia bono Ecclesiæ statui, & ita necessaria ei, vt vineæ torcular, exercitui dux, nauigijs nauta, Reipublicæ Magistratus, ægroto Medicus, ignorantibus Doctor, & tandem viatoribus ductor. Quare *Turon. sub Pelag. I. in proœmio* dixit, Ecclesiæ disciplinæ debet esse suffragium Congregatio Sacerdotum.

Concilium Toletanum 12. sub *Leone II.* refert ex Eringio Rege, Non dubium est, inquit, quod optima Conciliorum adiutoria ruenti mundo subueniunt. Ratio in aperto est, quoniam vt habet *Concil. Senon.* sub *Antonino à Prato*, frequens Conciliorum celebratio agri Dominici præcipua cultura est, quæ vepres, spinas, & tribulos hæresum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit. His consonant illa *Concilij Moguntini* sub *Arnolpho Imp.* & *Concil. Tribulen.* celebrato *Anno* 893. *in præfat. vltima*. Congregantur Patres ad resecandum omnem palmitem inutilem, ad extirpandam cujuslibet hæreseos radicem, ad tollendam schismatis occasionem, vel corrigenda Clericorum vitia, ad præcauenda laicorum scandala, breuiter ad informandos mores, & status, non modo Clericorum, sed & laicorum. 64. *Cōcilia quam Ecclesiæ vtilia.*

Duuallius, Doctor Sorbonicus in suo de suprema Rom. Pontif. in Eccles. potest. post debellatum Vigorium hæreticum, qui aduersus Sacrum Concilium Tridentinum aciem calami distrinxerat, & exacuerat, & post excusatam dilationem receptionis eiusdem Concilij in sua Gallia; tandem testatur, receptionem dicti Concilij Tridentini, & eius Constitutionum obseruationem maxime esse optandam; coactum enim fuit, inquit, ipsum Concilium, non solum ad fidem contra hæreticos stabiliendam, & confirmandam, sed etiam ad deprauatos mores fidelium emendandos, & reformandos, & in eo multa vtiliter in vtrumque finem à Patribus decreta fuerunt; quare illius receptio, & obseruatio non potest non maxime disciplinam Ecclesiasticam toto orbe quasi collapsam, & pæne destructam restaurare, & promouere. Sane vero in quibus regionibus Sacrosanctum hoc Concilium receptum est, & obseruatum, noua quædam Ecclesiæ facies, & splendor statim emicuit, tanta hæresum detestatio, tanta diuini numinis obseruantia, tanta morum compositio, tantaque sanctitas se- 65. *Quam optanda receptio Concilij Tridentini.*

cuta

cuta fuit, vt has omnes cœlestes benedictiones in suam Galliam cumulatissime defensuras credat ipse *Duuallius*, si huius sacratissimi Concilij decreta reciperentur, & obseruarentur. Obseruantur tamen, vt ait idem *Duuallius* nonnulla Concilij decreta in Gallia, vt Constitutiones, quæ ius naturæ continent, ac insuper quæ declarant aliqua de iure diuino, de quibus antea dubitabatur, an essent iuris diuini.

Sed ad id, de quo quærebamus, dicentes, quod sine vlla falsæ propositiones proferendæ formidine, & absque vllo scrupulo posse asseri, leges, Canones, ac statuta, etiam Generalis Concilij non ligare, si moribus vtentium non fuerunt recepta. Et hæc est communis, tam Canonistarum, quam Theologorum sententia. Sed aduertendum est, id non prouenire ex eo, quod legum auctoritas pendeat ex arbitrio subditorum, sed quod euentus doceat, legem promulgatam non conuenire naturæ subditorum, quorum conseruandorum, & retinendorum causa lege feruntur à Principe. *C. erit autem, distinct.* 4. & postea lex humana, quæ à subditis non acceptatur, hoc ipso videtur esse inutilis, atque adeo caret vna de conditionibus requisitis ad iustitiam, & substantiam legis, & ideo etiam non obligat. Princeps tamen, tam Ecclesiasticus, quam sæcularis habet vim obligandi absolute, vt leges recipiantur, vt probat *Salas de legibus Disput.* 13. *sect.* 1. De lege Canonica *Rodriquez Tom.* 1. *de regular. quæst.* 6. *art.* 6. ex multis docet, ipsam nullo pacto pendere à consensu populi, vbi ait, quod Papa, & quicunque Princeps habens auctoritatem condendi leges, potest compellere subditos ad earum obseruationem, supposito, quod ipsæ sint iustæ, & rationabiles. Notandum est etiam, quod licet lex Principis, etiam præceptiua tollatur, si moribus vtentium non recipiatur, vti diximus; tamen quotiescunque lex Principis est talis, quæ ex sui natura peccatum ex contrauentione inducit, vt quia concurrit cum lege diuina, non tollitur per non vsum, vt è *Syluest.* concludit *Duardus* super *Bull. Cœnæ lib.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 6. *numer.* 18. An vero lex, quæ habet Decretum irritans, si non acceptetur, non obliget, respondet ex *Alex. Rocho, & Ant. Gabr. Sanctarellus loc. cit.* non obligare; licet ipsum Decretum irritans, vt dicunt Doctores, sit penetrabilius omni gladio ancipiti, omnia interiora, & occultissima afficiens, & adstringens; sitque tam pestiferum, & tam malignæ naturæ, vt sicut fulgur quidquid inueniat in oppositum destruat, & secum ducat.

66. *Vnde proueniat leges, ac statuta eti Generalis Concilij non ligare, si moribus vtentiũ nõ fuerint recepta.*

67. *Quando lex Principis non tollatur per nõ vsum.*

Mihi liceat adhuc parum digredi, & pro Coronide ponere hic, & breuiter discutere quæstionem illam, qua quæritur, An Episcopus possit prohibere Parocho, addendo clausulam irritantem,

ne assistat tali matrimonio, taliter, vt adimat validitatem ipsi praesentiae, si exhibeatur, ac tollat robur contractui. Ad quam quaestionem sic respondeo, omnes Doctores, quos videre mihi licuit, concorditer affirmatiuam partem tueri. Nam, dum quaerunt, an matrimonium contractum coram Parocho validum sit, quamuis Episcopus iusserit, ne tali matrimonio ipse assistere deberet, respondent vnanimiter omnes, validum esse, nisi Episcopus expresse addiderit clausulam annullatiuam, aut Decretum irritans aliter gesta. Et iure quidem optimo, cum huiusmodi Decretum irritans tantae sit potentiae, & efficaciae, quod inficiat, & irritet omnia, quae in contrarium fiunt; & habeat oculos retro, operans nullitatem ab initio; contineatque inhibitionem implicitam in ventre, ac etiam vim priuatiuam, & auocatiuam potestatis concessae, vt videre est apud *Gonzales ad 8. Reg. Cancell. per tot. Glos. 67.*

68. *An Episcopus prohibens Parocho cū clausula irritante, ne assistat tali matrimonio, tollat robur cōtractui.*

Nec facit contra, quod id omne limitandū est in matrimonio cum ipsum pendeat à iure diuino, & ideo, nisi adsit perpetuum impedimentum, nullo pacto reddi possit nullum, quia in casu, de quo modo quaerimus, non inhibetur, ne sub poena nullitatis matrimonium quis contrahat, sed tantum prohibetur cum Decreto irritante Parocho, ne iusta subsistente causa matrimonio assistat ipse, tamquam testis qualificatus ad valorem eius necessarius, quod non videtur excedere potestatem Episcopalem, vt supponunt Doctores supra citati, qui sunt hi, *Sanchez, Filliucius, Sylvius, Praepositus, ConinK, Guttierrez in suis Tractatib. de Matrimonio. & Sanchez* praecipue, qui *Disput. 32. num. 2.* asserit, matrimonium contractum coram Parocho proprietario, vel delegato ad vniuersam curam Parochiae, vel de eius licentia, coram alio Sacerdote, validum esse; quamuis Episcopus iusserit, ne tali matrimonio assistat, aut per se, vel Constitutionem Synodalem interdixerit dare licentiam assistendi, nisi Sacerdotibus approbatis ab Episcopo; & is, cui data est licentia non sit ex approbatis; nisi Episcopus, aut Constitutio Synodalis expresse addiderit Decretum irritans aliter gesta. Probat hanc assertionem idem *Sanchez ex cap. 2. de matrimonio contracto contra interd. Eccl. ibi.* licet enim contra interdictum Ecclesiae ad secunda vota transire non debuerit, non tamen est conueniens vt ob id solum Sacramentum coniugij dissoluatur. Per quem textum docent *Dec. cap. 2. de testibus num. 17. versic. Secus si temporalis sit. & Rota in nouissimis, decis. 750. num. 3. volum. 1.* esse speciale in matrimonio, irritum minime reddi ex simplici prohibitione; ergo quamuis Episcopus, aut Constitutio Synodalis simpliciter prohibeat, dum non

69. *Respondetur illis, qui asserūt matrimonium adhuc valere, nihil obstante tali Decreto.*

addit Decretum irritans, minime irritabitur matrimonium. Hucuſque *Sanchez*.

Quod autem hoc ſit intra ſphæram Epiſcopalis poteſtatis, vel hinc patet, quod ſi aliter res ſe haberet, non fuiſſet ſufficienter prouiſum ſingulis Diœceſibus circa earum regimen. Nam Epiſcopi, carendo huiuſmodi poteſtate, non poſſent grauia ſcandala impedire, quæ paſſim accidunt in cauſis matrimonialibus pertractandis, quod nullo modo concedendum eſt. Et quis neſcit, quod veritas, & diſpoſitio iuris poſitiui poteſt omitti ad euitandum ſcandalum? Sic notat *Eclinus cap. 2. de præſcript.* vbi multa congerit prohibita, quæ ratione ſcandali permittuntur, & multa permiſſa ratione ſcandali prohibentur; qui etiam ponit 33. caſus, in quibus propter ſcandalum recedimus à regulis iuris communis. Papa poteſt obuiare hiſce ſcandalis, prohibendo perſonis ipſis, ne inter ſe matrimonium contrahant, dummodo & ipſe addat Decretum irritans, vel verba æquiualentia, vt ſint ſine ſpe coniugij, vt aſſerit *Filliucius quæſt. Moral. Tom. 1. Tractatione 10. cap. 1. num. 9.* qui etiam refert, Papam noſtra ætate id bis egiſſe propter ſcandala, quæ probabiliter timebantur. Epiſcopus igitur cum non poſſit matrimonium ſic prohibere certæ perſonæ, vt facit Papa, quomodo poſſet ſcandala impedire, niſi haberet poteſtatem impediendæ ſuæ auctorizationis, & conualidationis circa conſenſum contrahentium.

70. *Nõ excedit poteſtatem Epiſcopalem, irritare matrimonij contractũ, cum decreto irritante.*

Ad matrimonij valorem ſufficere quoſcumque teſtes habentes vſum rationis docet *Sanchez lib. 3. de conſenſ. clandeſt. diſput. 41. num. 5.* nec deſiderari, vt habeant qualitates iure requiſitas, vt in alijs negotijs habiles, ac legitimi cenſeantur. Quare ſufficit, licet ſint infames, excommunicati, parentes, conſanguinei, ſerui, familiares, fœminæ, immo, & infideles, vt ait *Veracruz in Append. ad Speculum con. dub. 7.* Ratio præcipua huius rei hæc eſt, quia teſtes inhabiles admittuntur, quando concurrunt cum alio habili, & fide digno; tunc enim habilitas vnius ſupplet inhabilitatem alterius, vt multis citatis teſtantur *Anto. Gabr. Tom. 3. commun. lib. 1. de teſtibus, concluſ. 5. num. 1. & ſequentibus. & Maſcardus de probation. concluſ. 1365. num. 13.* & maxime ſi alter ex teſtibus ſit Parochus, cuius auctoritate multum tribui in iure oſtendit *Sanchez loc. cit.* quare cum poſſit fieri aliquando, vt ipſe Parochus ſuſpectus etiam ipſe ſit, & ideo ipſius auctoritas vitium teſtium ſupplere minime poſſit, dicendum eſt, Epiſcopum poſſe hac etiam de cauſa prohibere tali Parocho, ne aſſiſtat matrimonio, cum Decreto irritante aliter attentatum, ac geſtum.

71. *Quales teſtes ſufficiãt ad valorem matrimonij.*

Parochi ſunt Epiſcoporum miniſtri, cum proprium eorum

munus

munus sit Episcopis suis ministrare, & subiectos esse, vt docet 72.
Ignatius Epist. ad Smyrnens. s. Ideo asserendum est, ipsos nulla alia ratione Parochiale munus suscipere, quam vt illud sub Episcopo exerceant, atque ab ipsius potestate pendeant. Nec ob id dicendum est, potestatem, quam Parochi ab Episcopo accipiunt, extraordinarie illis esse delegatam, cum sit ipsa ordinaria, licet ab Episcopo dependens, quippe quæ ex Pastoris ordinarij officio ipsis debeatur; nam quemadmodum Episcoporum potestas non delegata, sed ordinaria censetur, quia Ordinarium munus in Ecclesia gerunt, quamuis in partem solicitudinis à Pontifice vocentur; Sic & Parochorum, qui ordinarium munus in Ecclesia exercent, potestas non delegata, aut extraordinaria, sed ordinaria censeri debet, quamquam & ipsi in partem solicitudinis ab Episcopo sint vocati. *Sic Bouerius. Cens. Paroenet. p. 2. cap. 9.* contra Spalatensem asserentem, ipsos Parochos iure diuino suam habere ordinariam potestatem, & ideo illos errare, qui eos faciunt ministros Episcoporum. Sed errat ipse Apostata, vt scribit idem *Bouerius*, cum potestatem ordinariam eam esse existimet. quæ à Deo immediate manat, & iure diuino cuique Parocho, etiam in specie illis ordinaria est; nam quo pacto Parochorum potestas in specie illis ordinaria esse potest, quæ non diuino, sed positiuo tantum iure in eos ab Episcopo proficiscitur? Quod si propriam, ac ordinariam potestatem eam esse censeret, quæ tametsi à iure positiuo fluat, ea tamen non extraordinarie delegatur, sed ex officio ordinarie alicui competit, minime à vero discreparet, vti iam dictum est. Quæ doctrina applicata præsenti quæstioni, mirabiliter fauet sententiæ nostræ, Episcopum scilicet prohibendo cum Decreto irritante Parocho, ne assistat tali matrimonio, irritare ipsius Parochi auctoritatem, & per consequens etiam ipsum matrimonium. Vt enim Pontifex potest valide irritare auctoritatem Episcopi in ordine ad assistendum matrimonio, dummodo addat Decretum irritans, sic Episcopus idem præstare potest cum Parocho sibi subiecto, cum par sit ratio, & talem fuisse mentem Concilij in Decreto de necessaria Ordinarij, & Parochi præsentia ad validitatem matrimonij, mihi facile persuadeo; quia difficile adduci possum, vt credã, ipsum Conciliũ huiusmodi inferiori ad Superiorem subordinationem, & dependentiam voluisse tollere. 73.

Parochi Parochiale munus sub Episcopo exercent.

Et postea, si ea impedimenta, quæ ex iuris Ecclesiastici dispositione proueniunt abrogari posse contraria consuetudine, & alia etiam induci, tam certum esse debet, vt ait *Pontius de matrimonio lib. 6. cap. 4. num. 6.* quam certum est, ipsa consuetudine abrogari legem posse, & contrariam induci; cur non potuit consuetudo

Impedimenta ex iuris Ecclesiastici dispositione prouenientia contraria cõsuetudine abrogantur.

auferre, & abrogare tale Episcopalis potestatis impedimentum, & restrictionem, si extitisset, eo magis cum dictum impedimentum, & restrictio esse possit multorum malorum nutritiuum. Et quis ignorat, cum malorum occasio adest, valere consuetudinem etiam contra ius diuinum, quia sicut Papa diuinum ius interpretatur, ita & consuetudo; Hanc consuetudinem, vt rationalem videmus omnes Episcopos sequi, vt patet in Actis suarum Ecclesiarum, in quibus videre licet, non solum simpliciter prohibitiones factas Parochis, ne assistere audeant aliquibus matrimonijs, sed etiam prohibitiones vna cum decreto annullante, & irritante, quo intendunt ipsi Episcopi annullare, & irritare, si quid contra ipsum Decretum attentatum fuerit. Quod adhuc nullus Episcopus dubitauerit de hac sua potestate, vel ex hoc patet, quia numquam legitur (quod sciam) Sacram Congregationem fuisse consultam, An matrimonium, cui assistat Parochus prohibitus ab Episcopo cum Decreto irritante, ne assisteret, validum sit; sed solum, vtrum Parochus, cui simpliciter vetitum fuit à Superiore assistere matrimonio, possit valide assistere ipsi matrimonio, sicut apparet ex Decisione Rotæ, in nouissimis 750.

Denique, vt huic digressioni etiam finem imponamus, tenendum est absolute, donec aliter à Superioribus respondeatur, matrimonium, quod celebratum est coram Parocho, cui Episcopus cum Decreto irritante prohibuit, ne interesset tali matrimonio, esse prorsus inualidum; quia hæc est opinio plusquam communis, cum ea, non solum plurimorum Doctorum testimonio comprobetur, sed etiam omnium, qui de illa egerunt in suis scriptis, vt supra vidimus. Hæc igitur opinio tenenda est ab omnibus, cum opinio communis tenenda sit, & secundum eam iudex iudicare debeat, alias ipse iudex per imperitiam censeatur iudicasse, & in syndicatu teneatur. Sic *Tuscus in suis Conclus. Iuris, verbo O.* Qui etiam addit, vbi deficit lex, recurrendum esse ad opiniones maiorum, & pro lege sequendas.

74. *Communis opinio tenẽda est.*

Sed ante finem referre mihi liceat, quid dicant DD. circa dubitationem mihi propositam, An hoc tempore, quo Vrbs tota nostra pestilentia opprimitur, validum sit matrimonium absque præsentia Parochi, & testium contractum, qui ob metum cadentem in constantem virum recusant adesse tali matrimonio. Ratio dubitandi est, quia quando Parochus, aut Episcopus, nullo constituto Vicario, vterque metu hæreticorum latet, ita vt vere ignoretur vbinam sit, vel eodem metu à Diœcesi absit, nec ad alterutrum est tutus accessus, tunc matrimonium contractum absque forma Concilij, adhibitis tamen duobus testibus validum est;

75. *An matrimonium contractum sine forma à Concilio præscripta tempore pestis sit validum.*

est; cum Decretum Concilij non extendatur ad ea loca, vbi nulli sunt Parochi, dummodo seruetur in eo, in quo potest forma Concilij, nempe adhibitis saltem duobus testibus. Patet id ex responsione *Cardinalis Bellarmini ad Tricaricensem Episcopum Nuntium Apostolicum in Belgio anno* 1600. *die* 30. *Decembris*. Simili modo etiam respondit *idem Cardinalis D. Cusio Episcopo Ruremendensi*. Similiter *Congreg. Cardin. D. Archiepiscop. Philippensi, D. Sasbolde anno* 1603. 19. *Ianuarij*.

Respondetur certissima esse omnia, quæ dicta sunt; sed quod ex his inferri possit, clandestinum coniugium, sine Parocho, & testibus celebratum tempore pestis valere, hoc mihi nullo pacto probatur. Probatur, quia in *Concil. Trident.* sine exceptione dicitur, *qui aliter quam præsente Parocho &c. eos ad sic contrahendum inhabiles, &c.* sed in casu nostro non est præsens Parochus, nec alius de eius licentia. Igitur. Scio id esse contra aliquos, qui forte pietate ducti dicunt, quod per EpiKeiam huiusmodi matrimonium est validum; sed sane EpiKeia in legibus irritatorijs non videtur posse habere locum, quantumcumque possit homo excusari à peccato aliquando. Et Declarationes supra allatæ non obstant, quia non loquuntur præcise de casu, de quo modo quæritur, vt per se patet. Et cum ius ex facto oriatur, & quælibet facti variatio variat ipsum ius, nil mirum, si Superiores interrogarentur de casu, qui videtur similis, darent responsa diuersa ab illis, quæ alias ab eisdem emanarunt. Hinc etiam credo euenire, quod sæpe prohibetur, ne in lucem edantur Declarationes huiusmodi. Sic *Iustinianus in Tractat. de cambijs, quæstio. 7. num. 5.* affirmat de quodam libro, qui à Sacri Palatij Magistro prohibitus, aut suspensus fuit nouissime, eo quod multas dictarum Declarationum ex *Farinacio* acceptas continebat. *Iustinianus* tamen tenet, ideo tales Declarationes impressas prohiberi, quia Cardinales Eminentissimi non intendunt ante publicationem, ad eorum obseruantiam vniuersaliter obligare.

76. *Vbi EpiKeia locum habet.*

77. *Cur Declarationes Sacræ Congreg. in lucem edi prohibeantur.*

Deinde, si attentius considerentur supradictæ Declarationes circa matrimonium contractum sine Parocho, eo quod absit à Parochia ob hæreticorum metum, &c. non sunt paria, Parochum abesse ob metum hæreticorum, & eumdem abesse ob metum pestilentiæ, cum hic sit intrinsecus, & ille extrinsecus metus. Et constat, metum solum extrinsecum à iure priuilegiatum esse, non autem intrinsecum. Et postea non est argumentandum, præcipue circa præsentiam Parochi, & testium, quæ datur à *Tridentino* pro forma contractus sine exceptione vlla, à simili; tum quia simile non est idem, quod dicit esse generale *Zabar. Consil.* 136.

78. *Quando à simili argumentum sumi liceat.*

tum etiam, quia quando pœnæ apponuntur habito respectu ad priuilegium alicuius personæ, tunc nulla potest fieri extensio de similibus personis ad similes, nec de casibus ad casus, vt ex *Bal. Alexand.* concludit *Gratianus Tom. 2. Disceptatio. forens. cap. 205. num. 33.* sed in dispositione *Concil. Trident.* circa formam contractus matrimonialis apponitur pœna inualiditatis, intuitu non vnius personæ, sed totius communitatis, ergo multo magis non debet fieri extensio &c. Adde, quod ius ex facto oritur, & qualibet facti variatio variat ius ipsum. Vnde non mirum est, si diuersa videmus emanari responsa super eodem casu.

79. *Responsa Sacræ Congreg. iuxta tradita per Doctores debent intelligi.*

Quod autem, non solum Congregationis, sed etiam Concilij Generalis, ac ipsorum Summorum Pontificum responsa debeant (dummodo fieri possit,) intelligi iuxta tradita per Doctores, & non aliter, vel ex hoc patet, quia ipsi quoque procedunt in decidendis dubijs, & quæstionibus secundum ea, quæ à Theologis, & doctis scripta sunt. Ita scimus, ait *Iustinianus loc. cit. num. 6.* Clementem Octauum felic. record. interrogatum de intelligentia cuiusdam suæ Bullæ, respondisse, habetis Glossas, & Doctores. *Azorius Tom. 3. l. 9. cap. 3. quæstio. 7.* testatur, se à viris dignis fide audiuisse, Sixtum Quintum viuæ vocis oraculo respondisse, cum de sua Constitutione, quæ incipit *Detestabilis*, consuleretur, se non condemnasse societates illas, quas Classici Doctores sua sententia comprobarunt, sed eas tantummodo, quas illi communiter damnarunt. Hinc in *Clement. de Summ. Trinit. & fide Cathol. §. finali*, decernunt Summus Pontifex Clemens, & Patres *Concilij Viennensis*, quod paruulis, qui baptizantur, non solum originale remittitur peccatum, verum etiam gratia iustificans infunditur, & aliæ virtutes. Et inter alias rationes, quas afferunt pro hac determinatione, vna hæc est, quod id erat recentiorum Theologorum sententiæ conformius.

80. *Dicere, quod non constat authentice de Declar. Sacræ Congreg. est quædam fuga.*

Ex hac doctrina colligitur, quod quando dicimus non constare authentice de Declarationibus Sacræ Congregationis, fugam tunc quærimus. Nam eodem modo possemus euadere etiam vim constit. Apostol. quæ passim à Doct. recitantur. Doctrina item *Bart.* & aliorum Doct. posset hac via negari, quia non constat authentice, quod sit ipsorum DD. sufficit, quod pro authentica habeatur, & recipiatur. Quando vero agitur iudicialiter, scripturæ tunc debent produci in forma probanti; sicque Regulæ Cancell. Apost. debent produci sub plumbo; at si agatur doctrinaliter, non producuntur authentice, quia non potest in eis imprimi plumbum, nec sigillum, nec subscriptio Cardin. sed sufficit, quod pro veris habeantur, & recipiantur.

Sed ad casum, minus postea inconueniens est, quod in aliquo casu non possit contrahi matrimonium, quia non potest haberi copia Parochi, & testium, & priuatus aliquis damnum patiatur, quam quod clandestinis coniugijs aperiatur via; quæ sine dubio latissime aperiretur, si cuicumque liceret tempore pestis, in defectu Parochorum, & testium, sine solemnitatibus à iure requisitis matrimonium contrahere. Scribit *Ripa de remedijs ad pest. curand. num.* 8. se intellexisse, quod tempore cuiusdam pestis fuerunt patrata infinita carnis delicta, & quod mortuis maritis seductæ fuerunt pleræque ad contrahendas secundas nuptias cum inæqualibus, & pauperibus; suo enim tempore non erant clandestina matrimonia omnino inualida. Ideo hortatur ipse magistros sanitatis, vt separent feminas à masculis, eo magis, quod coitus auget pestis infirmitatem. Nec quod dictum est charitati aduersatur, quia communi bono expedit legem seruare cum tanto rigore, vti vidimus. Nec in hoc casu Pontificem aliter responsurum putandum est, vt ait *Chapeauill. de administr. Sacr. matrim. temp. pest. quæst.* 26. vt videre est ex his, quæ supra diximus. Addamus, quod si possent extendi supradictæ Declarationes ad casus similes, tunc in multis casibus haberet locum matrimonium clandestinum, exempli gratia, in lethaliter vulnerato, qui feminam concubinam vellet sibi desponsari, vt sic filios legitimos redderet, & faciliorem viam pararet ad salutem, & tamen non habet nec Parochi, nec testium copiam.

81. *Quæ inconuenientia oriren tur, si tempore pestis matrimonium clandestinum celebrari posset.*

Quærit *Hieronymus Praudellius in suo de peste, & eius priuilegijs,* an testamentum valeat factum à laborante peste coram duobus testibus, sicut valet factum à milite in conflictu belli, & respondet negatiue; nam qua ratione remissæ sunt solemnitates iuris in testando militibus, eadem non possunt intelligi remissæ laborantibus peste, quia causa priuilegiorum militum, aut est vtilitas publica, aut eorum ignorantia, & simplicitas; sed istæ rationes non conueniunt peste laboranti, ergo nec priuilegia militaria ad istum extendi possunt. Nec obstat fundamentum eorum, qui contrariam sententiam tuentur, dum dicunt, si tempore guerræ terrestris hoc modo distinguitur, multo magis tempore pestis, quæ guerra cœlestis dicitur, eo modo distinguetur exemplo militis; quia ad hoc respondetur, licet tempore pestis sit bellum inter Deum, & homines, & tunc dicamur militare, tamen militia hæc ex parte nostra non est fauorabilis, nec priuilegiata, quia tunc à Deo iuste plectimur. Propter enim peccata Deus nobiscum est iratus, & propterea pestilentias immittit, & fames, vt in sacris litteris legitur; Ideo cum in hoc bello Dei hostes

82. *An testamentum tẽpore pestis sine solẽnitatibus requisitis factum sit validum.*

stes

stes iudicemur, non sumus aliquo fauore digni. Istud probatur per ea, quæ not. *Ang. in q. de materia belli*, incipiente *Renouata guerra*, vbi eleganter vult, quod Turcæ, & Saraceni non habeant iura postliminij; quia ius postliminij est inductum fauore captiuorum, & publicæ vtilitatis. Vnde eis non competit, quia nullo fauore sunt digni, nec possunt huiusmodi personæ nostris priuilegijs vti, quia ex quo sunt hostes Dei, & Principis indigni sunt gratijs, priuilegijs, & beneficijs omnibus.

Tandem dicamus, quod casus, de quo quæritur, videtur moraliter impossibilis vbique gentium, sed maxime in hac inclyta Venetiarum Vrbe, vbi quadringenti, & amplius è clero, morte, nondum metu Superiores, vt peste affectis Sacramenta administrarent; & ipsis etiam ministrarent necessaria, sua sponte, maximeque hortatore Patriarcha nostro Illustrissimo, vitam cum morte commutarunt, immo (vt piè creditur) temporali morte æternam vitam collucrarunt; æmuli facti quodammodo illorum sanctorum presbyterorum, diaconorum, & aliorum plurimorum, qui Alexandriæ tempore Valeriani Imperatoris, cum pestis sæuissima grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, libentissime mortem oppetiere; quos velut Martyres religiosa piorum fides venerari consueuit, vt legitur in Martyrologio Romano die 28. Februarij.

82. Charitas, & fortitudo Cleri Veneti circa peste infectos.

Sed cum hæc typis mandare vellem, mihi dono misit Lazaronus vir omni doctrinarum genere excultissimus suum de Priuilegijs Parochorum tempore pestis Tractatum, in quo more Academico, quid in ambas contrarias partes tum confirmando, tum infirmando circa supradictam difficultatem dici possit, sui ingenij sublimitate exquirit. Vbi tandem consulit, quod si quis contraxisset matrimonium clandestine, eo quod Regio Parochis destituta esset, & populo, deberet hic quam primum habita copia Parochi, & testium, denuo coniungi in facie Ecclesiæ, ad tollendos scrupulos, & ad maiorem cautelam; adderem ego, ad ipsius matrimonij validitatem.

83. Grata atque, ac necessaria Digressio.

Vidi etiam in hoc suo Tractatu, illum in locum meum fuisse suffectum, ad supplendas Illustrissimi, & Reuerendissimi Nuntij Apostolici absentis vices in Sanctæ Inquisitionis officio, & gauisus sum, videns, me tanto viro cessisse. Hoc enim me prius, nihil tamen tale merentem, aut cogitantem Illustrissimus, & Reuerendissimus Nuntius supradictus prosequutus fuerat fauore, humanissimis ad me datis litteris 20. Octobris 1630. quas plusquam Saphiros, & Smaragdos caras (vt cum Pio II. loquar) apud me habeo, & dum viuam habebo. Quod munus ideo obire mihi

non

non licuit, quia domi me continebam, ficut etiam adhuc me contineo, in gratiam mearum Monialium, vt fic, dum me à contagij periculo præferuo, eas pariter præferuem. Nec id mihi vitio vertendum eft, immo potius laudi adfcribendum; quia hoc pacto à Statione, quæ mihi tot ab hinc annis à Deo, & Superioribus affignata fuit, non cedens, militiæ Chriftianæ leges adimpleui. Vfus fum tamen facultate ab eodem Ampliffimo Præfule mihi facta, abfoluendi, & difpenfandi in foro confcientiæ, cum id fine Stationis defertione exequi potuerim. Ab hac Statione numquam potui abripi, ac fi capitali animaduerfione, illam deferens, fuiffem puniendus; nec etiam magna vi mihi dulciter facta à Patronis, & Mecenatibus meis. Particularia tacebo, ne videar infipiens, quamuis veritatem dicerem, vt fciunt ipfi Patroni, & Mecenates, qui fponte mihi multa obtulerunt. Illimet etiam teftes effe poffunt, quorum ius violare mihi religio fuit, quod ipfi habebant, vt minus dignis præferrentur.

Sed iam vela contraham, at ecce modo audio ambigi, an hoc tempore peftis expediat publicas, & pro toto populo Conciones habere, ad quam dubitationem affirmatiue refpondet *Suarez Tom. 4. in 3. D. Thom. Difput. 44. fect. 3. num. 10.* cuius fententiæ 84 fubfcribit *Genuenfis in fuo Manual. Paftorum. cap. 1. num. 5.* qui dicit, tunc temporis fufficere Parochorum priuatas exhortationes ad populũ fibi creditum. Nec quid diuerfum ordinat S. Carolus, fi attente Acta fuæ Ecclefiæ legantur. Tẽpore peftis Bononiæ Põtificatu Adriani VI. Litanias, feu Rogationes fuiffe omiffas ad euitandam peftis contagionem *Prænidellius* teftatur *loc. cit.* Et iure quidẽ optimo ita practicatur circa hafce publicas Conciones habendas tali tempore; quia contagium per medium aerem plures, grauiufque, ac efficacius inficit, quam per fomitem, & contactum. Ratio, quia cum ægri continuo peftiferos vapores expirent, & ab ipforum corporibus femper mittantur fpiritus infecti, vt fcribit nouiffime *Groffius De Febr. peft. & pefte, pag. 9.* hi omnes per aerem diffeminati faciIlime, & citiffime ingrediuntur in alia corpora, à quibus aer ille neceffario continenter attrahitur. Hoc facilius fit, quando aer ipfe imbutus eft qualitatibus ipfius peftis, quæ funt caliditas, & humiditas, vt acute confiderat *Viuianus* vir non minori doctrina, quam pietate confpicuus *in fuo m. s. Tractatu de pefte.* Quas qualitates quis non videt ineffe femper in aere, quando magna hominum frequentia fub vno tecto congregata eft? Sed vere hic finis erit, ne audiam aliquem Apellem indignatum mihi dicentem, ne vltra crepidam.

An tempore peftis expediat habere Cõciones publicas, et pro toto populo.

Quæ omnia, & fingula, tam in Maximis, quam in Colle-

ctaneis

ctaneis dicta sint, salua semper, non solum Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ, sed etiam omnium melius sentientium censura. Benigne in me consulet, si quis monebit, A Lectore peto tantum,

Ne intellecta prius, quam sint, contempta relinquat.

Nam multi, vt scribit Lipsius, iudicant prius quam legerint, immo prius quam inspexerint quidam. Sciant omnes, me tam crebro in huiusmodi lucubratiunculis edendis versari, non vt magnus Canonista, aut Theologus videar, sed vt magnis Canonistis, & Theologis sic viam adornem ad tuendam veritatem, & ex falsitatis ipsam faucibus eripiendam. Nam ego velut lusoria nauis leui cum armatura ad cursum expedita, in littore excubans præcurro, quoadusque prætoria suis armamentis instructa adueniat, quæ litterario soluens littore, & vasto quæstionum se committens Oceano, aduersariæ veritatis myoparonem prorsus profligat, quemadmodum me fecisse etiam mox (Deo bene adiuuante) patebit, in asserenda, & vindicanda auriculari Confessione ab imposturis hæreticorum, quæ erit altera Pars mearum Vacationum Epidimialium.

Laus Deo, Mariæ, Hieronymo.